

infirma, non tenetur illi stare. Nec qui promittit contractum societatis; si socius notabiliter rixosus, & molestus evadat, &c.

1703 Imo non tenetur implere juramentum de ducenda in uxorem muliere, cum qua es fornicatus, si illa evadat fornicaria, vel accidat aliud impedimentum contrarium legi deponsationis: sic si evadat leprosa, paralytica, vel notabiliter deformis. Si vero eam duxerit, non potes dimittere, *c. Quomodo modum de jurjur.*

IV. REGULA.

1704 **J**uramentum non consistit factum in præjudicium tertii, *C. venientes, cum contingat. De juram. c. Q. quomvis patrum, De pactis in 6.* quia est illicitum.

1705 Hinc, qui juravit solvere centum Petro creditori posteriori, debet ea solvere Paulo creditori anteriori, si alia non habet.

1706 Item illicitum est revelare secretum naturale juramentum firmatum, si sit gravior alteri, aut tibi nocivum. *Diana p. 6. tr. 6. ref. 60. Tamb. tom. 1. n. 21.* Quia nemo intendit se obligare alteri ad secretum naturale in concursu gravis mali proximi, & maxime proprii. *Nemo enim magis proximus est (ait Diana) quam quisque sibi.* Tum quia secretum illud est veluti quoddam depositum apud me occultatum, quod non tenetur cum tanto incommodo servare occultum.

1707 Suadetur à pari. Non minus nasque habet quis jus ad famam, quam ad secretum; & tamen licet eum detegere crimen occultum alterius, v. gr. quod famulus sit fur, &c. ad vitandum grave malum proximi, & maxime proprium. *Cir. DD. cum Com. Ita est dicendum in casu secreti naturalis, quoniam sicut nemo habet jus ad famam cum damno proximi, & innocentis; sic nemo habet jus ad secretum naturale cum damno proximi, & innocentis.*

1708 Hoc autem est intelligendum cum triplici limitatione. 1. Si secretum non concernat bonum publicum, puta fidei, Regni, Patriæ, exercitus; sed particulare, quia bonum publicum est præferendum privato. 2. Si non sit alia via ad malum vitandum. 3. Quid revelat illi, cui prodelle, & non obesse potest.

1709 Non tenetur juramentum præjudicans juri Superioris, *c. Venientes. De jurjur.* Nec contrarium juri, *c. ad nostrum ibid.* Contra utilitatem Ecclesie, *Greg. XIII. Const. 92. inter Apostolicas.* De non relicto contra aliquem, *c. confisus. De Testibus.*

1710 Tenet juramentum factum in damnum proprium, & potest sine peccato servari, *Conc. Lateranense 3. sit. de juram. c. 3.* Sed potest relaxari, *ibid. c. 1.*

DUBIUM IN JURAMENTIS

1711 **R**esolvatur, ut in Votis, infra à nu. 1902.

CESSATIO JURAMENTI

1712 **C**ontingit, ut in Votis, infra à nu. 1906.

1713 Juramenta in utilitatem hominum præstita, irritare possunt omnes, qui habent potestatem dominativam. *Directe*, si sit eis subiecta voluntas jurantis. *Indirecte*, si sit eis subiecta materia juramenti.

1714 Hinc Papa potest irritare juramenta de renunciando Beneficio, de non alienandis rebus Ecclesie, &c. quia sunt de materia subiecta dispositioni Papæ.

1715 Superior Regularis juramenta subditorum, quia ratione Voti obedientie, eorum voluntas est plene Superiori subiecta.

1716 Vir respectu uxoris, uxor respectu viri, & dominus respectu servi; si juramenta illis præjudicant, aut sint de materia illis subiecta, ut dicimus de Votis.

1717 Juramenta vero promissoria hominis cujus voluntas non est alteri subiecta, de materia, que pariter non est alteri subiecta, nec præjudicans, facta homini, & ab eo acceptata non possunt commutari, etiam in melius, nec dispensari nec irritari, nisi ipsi pars consentiat aut remittat: *ut in nu. 1687.* Que remissio proprie non est relaxatio, quia non est actus jurisdictionis spiritualis; nec irritatio, quia non est actus potestatis dominative; sed reducit ad irritationem, quatenus est actus domini in materiam promissam, utpote acceptatam.

1718 Potestas relaxandi juramenta competit soli Superiori, & Judici Ecclesiastico, quia est actus jurisdictionis spiritualis, quoniam juramentum est actus religionis. Unde licet Princeps temporalis circa res, in quas est dominus, possit remittere, vel irritare juramenta, non minus quam quilibet privatus circa alias res, ut in casu injurie, metus, vi, &c. de quibus supra; relaxare spectat ad potestatem Ecclesiasticam. *Ant. à Sp. S. Paulus dif. 3. de juram. p. ult. n. 4.*

1719 **E**x Conc. Elibertino, *Pueri ante annos quatuordecim non coguntur jurare. Pueri quoque post quatuordecim annos in domo patris, illo volente, si juramento continentur, & si iterum iterum, ut audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt.*

1720 Causæ relaxandi juramentum sunt, fuisse extortum cum injuria, injuria, vi, &c.

metu; vel fuisse emissum cum temeritate, ira, perturbatione, aut levitate; vel quia fuit emissum in favorem excommunicati.

JURAMENTA IN DEI GLORIAM PRÆSTITA

1721 **P**ossunt commutari, dispensari, & irritari, qui possunt respectu vota.

1722 Juramentum in Dei gloriam commissum potest quis in melius propria auctoritate commutare.

1723 Confessarii Regulares habent potestatem commutandi juramenta, & vota secularium, & exteriorum, ac in his dispensandi, exceptis quinque reservatis; que tamen in nullo debentur, quia alias non sunt reservata; de quibus infra de votis. Et exceptis juramentis promissoria tertio acceptatis, & Priv. Pauli III. per Bullam 7. *Cum inter tantas*, 3. Junii 1545. quoad vota; extenso ad juramenta à Gregori XIII. *Rod. tom. 3. q. 63. Diana p. 3. tr. 2. ref. 9. Tamb. tom. 3. lib. 3. cap. 7. §. 3. à n. 8. Ant. à Spir. S. in direct. regul. tr. 2. dif. 3. n. 800. v. n. 1962.*

1724 Insuper rescindere possunt tractatus, & juramenta relaxare, ab uxore, aut filio familiaris, ex metu quoque reverentia, aut precibus importunis emissis ad favorem mariti, aut parentis; ut de jure pro marito, aut patre; promissio de solvendo eorum debitis; renunciatio hereditatis juramento firmata. *Diana p. 3. tr. 5. ref. 20.*

1725 Ubi ait, quod duplex sit reverentia, una simpliciter, & in gradu positivo; altera nimia, & in gradu superlativo. Prima est, quando persona patris talis conditionis est, ut ei debeat reverentia simpliciter, ut si sit ignava, aut vilis; ira ut filius audeat dicere: *Nolo*: tunc ad constituendum metum reverentialem gravem non sufficit sola præsentia, sed requiritur, quod præcedant verba, aut minima. Secunda est, quando persona patris est talis conditionis, ut ei debeat reverentia nimia; & tunc sola præsentia ejus sufficit ad constituendum metum gravem.

1726 At nec Episcopi, nec Regulares dispensare possunt in juramentis, que adjecto actibus esse perpetuis; hujusmodi est juramentum professionis fidei; juramentum, quo quis confitetur professionem religiosam jam emissam; matrimonium jam initum, & statum Sacerdotis jam susceptum: Tamb. cit.

1727 Si juramentum in Dei gloriam, & charitatis intuitu certam dare elemosynam determinato pauperi, potest pauper obligationem remittere: quia in hoc juramento tacita adest conditio: *Quomodo si pauper, in cuius commo-*

dum promissio facta est, rem promissam acceptare non recusat. Si vero nullum determinati pauperem, nullius erit quo obligationem remittat. *Ant. à Spir. S. de juram. tr. 5. disp. 1. sect. 28. n. 192.*

RESTRICTIO MENTALIS

1728 **E**st duplex, pure mentalis, & est, quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur, præcipue per actum internum: ut si quis requisitus, ut alia transierit, Petrus respondens: *Ille non transiit*: per solum actum internum mentis intelligens, per ministerium. Non pure mentalis est, quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur, non per solum actum internum; sed per aliud additum externum, quod sit limitativum verborum, & significativum cum illis: ut cum D. P. Franciscus à ministris iustitiae requisitus, an illas transfret delinquens, positis intra manuum manibus, respondit: *Ille non transiit*; plenam responsionem esse verbis, & actione externa componens.

1729 Amphibologia, & æquivocatio est, que importat sensum diversitatem; quod si verba determinent unam habent significationem, & alia addatur per purum actum internum mentis, dicitur æquivocatio per puram restrictionem mentalem, ut liquet in primo exemplo. Si vero verba, & signa externa, esse habet: possunt plures sensus, & significaciones, dicitur æquivocatio externa, non pure mentalis. His præmissis,

1730 Dico 1. Restrictio pure mentalis, & amphibologia, seu æquivocatio facta per restrictionem pure mentalem, est illicita, quia includit mendaciam, quod est ab intrinseco malum; tunc enim habetur mendacium, quando locutio externa est dissimilis menti: talis est locutio cum restrictione pure mentali; unde, sicut, qui pisces comedit, interrogatus, an comederit, respondens, *non comedi*, mente sola addendo, *carum*, mendaces, & si addas juramentum, es perjurus; quia locutio tua absoluta est generalis, ac proinde est dissimilis conceptui mentis, quia est propositum cum addite particulari; hinc amphibologia, & æquivocatio cum restrictione pure mentali damnata vit. Innoc. XI. in tribus præp. 26. 27. c. 28. quæ vide in pag. 5. n. 1777.

1731 Dico 2. Restrictio non pure mentalis, sed externa, & amphibologia, seu æquivocatio per verba, aut signa externa per se æquivoca, est licita in omnibus casibus, in quibus quis habet jus ad occultandum secretum; non est autem licita in aliis casibus. Prima pars probatur; quia talis locutio externa, licet haud

faciliter ab audiente percipiatur, quantum est ex se, habet significationem conformem conceptui interno mentis loquentis; nec est ficticia animo decipiendi, sed occultandi secretum, ad quod celandum habet jus, adeoque non includit mendacium: Mendacium namque definitur, quod sit *enunciatio falsa cum conscientia opposita*, & cum voluntate fallendi; ac proinde est licita, & addi potest juramentum sine perjurio, imo etiam licite, si addit rationalis causa jurandi.

1732 Hujusmodi autem restrictio externa significationis generalis verborum potest dupliciter fieri; primo per verba ex se *equivoca*; secundo per circumstantias, & signa externa; quae ex se habent verba limitare, & consignificare cum illis; locutio namque non fit solis verbis, sed etiam completur ex circumstantiis personae, loci, temporis, & negotii, de quo agitur, ac ex signis extrinsecis: hinc si quis pro aliqua gratia rogatus respondet, *Faciam*, sed simul manum erga tergum vertat, idem dicit ac *non faciam*.

In qua re est maxime attendendum, quod sicut diversae sunt humanae materiae, ita quilibet proprium habet modum loquendi, & propria vocabula; proprium, inquam, habet Poetis, proprium Rhetoricae, sic Tropus, Ironia, Hyperboles, &c. sic & proprium habet secretum de jure occultandum: qua consideratione multae locutiones tam humanae, quam sacrae Scripturae, ad mendacio liberantur, ut est illa, qua amicus amicum alloquitur, dicens, *Omnia mea tua sunt*, &c.

1733 Hinc confessorius interrogatus de muliere [cujus adulterium in Confessione cognovit], an mulier adulterium commiserit, non debet tacere, quia qui tacet consentire videtur; sed licite respondet, *Nescio, non commisit*, &c. mente retinendo, *ad dicendum*: quia hoc additum internum restrictivum, satis exprimitur per circumstantiam externam sigilli, & sacramentalis confessionis, quae cum verbis locutionem complet conceptui mentis conformem.

1734 Sic alius à marito interrogatus de occulto adulterio uxoris nobilis, respondet *Nescio*, retinendo in mente, *ad dicendum*; quod additum exprimitur per circumstantiam externam negotii, & sigilli naturalis; imo, si fid habuerit ex auditu, potest accipere verbum *Nescio* secundum propriam & rigorosam significationem, prout negat scientem, quae cognitionem evidentem importat, quam non habet ille, qui notitiam ex auditu hominis fallibilis accipit.

1735 Sic Reus, semiplena probatione, aut infamia non procedente, à Judice interroga-

tus, an delictum fecerit, licite respondet, *Non feci*, mente addendo, *ad dicendum tibi tanquam Judici*. Idem si interrogatur à Judice incompetente: in quibus, & similibus casibus, responsio est facta conformiter ad mentem interrogantis, quia Judex interrogat ut persona publica, conquireret de delictis ipsi tanquam Judici de jure manifestandis: unde si juramentum exigatur, non erit perjurium.

1736 Sic minister S. Officii, qui est ligatus juramento servandi secretum, super aliquo arcano requisitus potest celare, modo quo confessorius, dicendo, *Nescio*: nam intelligitur, quod nescit, ut homo privatus est; quod subintelligitur non ex restrictione mentali, sed ex ipso intrinseco officio Consulitoris, &c. Item potest uti circumlocutione, *Gauderem quidem id scire, ut tibi satisfacerem*; quo pacto nec affirmat, nec negat id scire, Cardenas, *disert.* 19. c. 6. n. 60.

1737 Eodem modo discursit Busem, de juramento exacto per vim, metum, injuriam, &c. à latronibus, ut tibi *facilium des. l. ytram*; à marito ut uxor fateatur adulterium occultum; si tale juramentum fit additum restrictioni non pure mentali, sed externae, vel per signa externa determinata, vel per verba ex se *equivoca* sufficientia ad internam restrictionem significandam: v. n. 1688. 1676.

1738 Secunda pars affectus probatur: in aliis namque casibus, in quibus quis non habet jus occultandi, non est licita in locutionibus restrictio externa praefato modo expostita, non quia includat mendacium, sed quia humana societas, & humanum commercium expostit, ut utatur vocabulis secundum communem significationem; nam equivocationibus, & signis difficultatibus, humanum commercium perturbatur.

1739 Quae ratio cessat in prioribus casibus, quia in illis commercium humanum potius justificatur, quam perturbatur; nam humanum commercium non debet esse contra jus humanum nec officium, quod regulariter ex talibus locutionibus decipiatur audiens, quia id per accidens sequitur, nam intellectus perspicax potest veram significationem locutionis percipere, & simul impudentiam jus interrogationis advertere, si signa, verba, circumstantias externas, & gravitatem rei, atque jus alterius de secreto occultando: considerat signa, & restrictiva conformiter ad mentis restrictionem, atque perceptibilia; & sic loquens intendit celare secretum, ad quod habet jus, minime audientem decipere; nec jus deceptionem, quam praevidet, vitare. *reus*

tur cum suo aut aliorum gravi incommodo, quia tunc est deceptio accepta, non data, ut de scandalis, passivo, n. 326.

DE JURAMENTO JUDICIALI,

1740 **C**laritatis gratia, hoc quaestio me expeditiam.

QUÆRES,

An à perjurio, & à mortali excusetur reus, qui Judici interroganti veritatem tacet, aut ambiguit & equivocatione utitur?

Primo. Ob solitudinem ex Judicis praesentia causatam.

Secundo. Si non praecessit infamia, semiplena probatio, nec gravia indicia extent.

Tertio. Si praecessit semiplena probatio, causa tamen fit capitalis, aut ex gravioribus, puta mortis, iustitiae honoris, aut suorum honorum.

Hic est sermo de reo, quia de teste satis agitur in *ars de denunciationibus* to. 2. maxime a. n. 73.

AD PRIMUM

1741 **R**Ep. cum distinctione: Vel enim sollicitus est talis, ut plenam advertentiam malitiae gravis peccati impediatur, vel non. Primum potest contingere quatenus ex Judicis praesentia, & inexpectata ejus interrogatione, excitatur in reo vehementissima passio sensitiva, quae ita ejus rationem perturbat, ut non advertat ad malitiam gravem peccati taliter quod quasi nesciat, quid dicat, aut faciat; & si advertit, non plene, & distinde, sed in confuso. Et tunc certum est, reum à perjurio mortali excusari, quia ex communi, & certa theologorum doctrina, ad peccatum mortale requiritur voluntarium perfectum, videlicet, quod scit fit peccatum cum plena advertentia malitiae gravis, & cum pleno voluntatis consensu: ita ut ex alterius defectu excusetur quis à culpa mortali, ut infra de peccatis.

1742 Vel non impedit, quatenus Judicis praesentia, & interrogatio reum terreat, ob timorem poenae, quam praevidet: at non ita equivocationem perturbat, ut non advertat: sed plene advertit ad crimen, quod commisit, & ad gravitatem peccati. Et quidem mortaliter peccat, & est tam in foro interno, quam in externo, perjurus, si veritatem negat, aut utatur equivocatione cum restrictione pure mentali, quia est mendax, & juramentum mendacioso addit. Imo etiam mortaliter peccat, si utatur equivocatione, & restrictione non pure mentali, sed externata, quia reus legitime interro-

gatus, tenetur sub mortali de plano respondere secundum mentem Judicis interrogantis, Melphi in *pract. crim. ver. Reus*, Saecia cap. 18. n. 49. cum communi: v. n. 1738.

Quia sic expostit humana societas, & bonum publicum Republicae, quae perturbaretur, & periret, nullus namque esset de suo honore, re, & vita securus, si absolute liceret reis non respondere secundum mentem Judicis legitime interrogantis; sed equivocationibus & restrictionibus externis juxta propriam mentem.

Unde quavis ob exterritionem conscientiae propriae, liberetur à mendacio, & inde à perjurio, quatenus enunciatio cum exterritione illa non esset opposita, sed conformis conceptui propriae mentis; liberari non potest à culpa mortali, in quantum non esset conformis menti interrogantis. Imo in foro externo haberetur perjurus.

Tum quia tenetur obedire Superiori iusta praecipienti, D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1. & 2.

1743 At in praxi, quod sollicitus est praesentia Judicis mentem rei ita perturbat, ut plenam advertentiam tollat, ratio, aut tuncquam contingit, & non nisi in persona maxime pusillanimitatis. Regulariter autem advertentia non tollitur, sed potius acquiritur, ut constat ex aliis, quos sic speculatur, & quibus utuntur in respondendo, ut delicta occultent, aut minuant.

AD SECUNDUM

1744 **R**Ep. excusatur à perjurio, & mortali, Tamb. tom. 1. lib. 3. c. 4. §. 3. n. 2. Debene rom. 1. pag. 563. n. 18. Castropal. Diana, & Com. apud ipsum; quia tunc Judex non legitime interrogat: unde reus habet jus occultandi, & inde potest licite tacere, aut equivocatione ac restrictione uti, satis externa per circumstantiam Judicis; Judex namque interrogat ut persona publica, adeoque de delictis Judici de jure manifestandis; unde reus si negat crimen, quod patravit, dicendo, *Nesci feci*, intelligendo, *Us manifestandum tibi tanquam Judici*, verum dicit, & Judex hanc restrictionem externatam per circumstantiam Judicis potest satis advertere, si non fit legitimus, aut non legitime interroget, quatenus nulla praecessit semiplena probatio: v. n. 1734. ad 1735. quia bonum publicum expostit, ut reus, aut testis pareat legitimo Judici, & legitime interroganti.

1745 Idem docet Simanca *tit. 42. num. 13.* de haeretico occulto, quia Marth. 11. *Iniquum Domini suare est, & omnis leve est onus: res gravissima obigare aliquem, ut se pedat suo iudicio interrogatus*. Unde D. Chylosteum. super epist.

lumen anime, & corporis. Unde est actus Religiosus.

1766 Potest fieri dupliciter, per deprecationem, & per imperium.

1767 Ut sit licita, tres requiruntur comites, *Veritas, Iudicium, & Justitia.*

1768 Veritas co. titur in hoc. 1. Ut adjuvatio fiat per veram Deum, & per res vere sacras; unde si ferret per falsos Deos, &c. esset mortalis. 2. Ut res non petatur fiele, sine animo obtinendi; & tunc esset venialis.

1769 Iudicium consistit in hoc. 1. Quod adjuvatio fiat prudenter, minime leviter, & sine occasione; & tunc esset venialis. 2. Quod Deus, & Sancti non adjuventur imperatively, sed deprecative; nec demon deprecative, sed imperatively, quod esset mortale, nam imperium supra Deum, & Sanctos esset injuria, & contemptus, deprecatio erga demonem, etiam amicitia, & submissio.

1770 Iustitia consistit in hoc, quod res, quae petitur, sit honesta, nam si mala, adjuvatio esset peccatum mortale, aut veniale, juxta gravitatem, aut levitatem malitiae rei.

1771 Possimus adjuvare. 1. Deum per se ipsum, per Christum, per Mariam Virginem, per Sanctos ubi charas, & per sacra Mytheria, & passionem.

1772 Non potest autem adjuvatio fieri per creaturas inferiores, nisi sint specialiter Deo charae; sic Exodi cap. 32. adjuvatur Deus: *Recordare Abraham, Isaac, Jacob servorum tuorum.* 2. Possimus adjuvare B. Virginem, Sanctos, & Angelos, per Deum, & Jesum Christum. 3. Demonem, & creaturas, per Deum, & Jesum Christum, B. Virginem, Sanctos, & sacra Mytheria.

1773 Creaturae rationales adjuvari possunt directe; irracionales vero, ut aimalia nociva, tempestates, fulgura, &c. non nisi indirecte, quia cum non sint rationis capaces non possunt per adjuvationem directe induci, & moveri ad praestandum, quod petimus, sed in quantum ad Deo moventur contra nos in peccatum, vel à demonem in vindictam, ut nocent, nos eas adjuvamus, deprecando in ordine ad Deum, vel imperando in ordine ad demonem, ut sic Deus miseretur, & demon à nocendo desistat: & hoc pacto dicuntur creaturae indirecte adjuvari.

1774 Creaturas irracionales (recte ait Joseph. August.) Possunt etiam improprie adjuvari per immediatum officium supernaturalium super ipsas, explicitam per imperium metaphorice dictum, sicut Christus Dominus imperavit ventis & mari; hoc autem spectat ad virtutem miraculorum.

1775 Licetum est Exorcista trahere cum demone, & ea omnia petere, quae ad summunus, finem, & expulsiorem conducunt, puta de causa ingressus, numero spirituum, &c. & petere ab eo signum, quo existit offendat: v. num. 385.

1776 Quemlibet vero alium tractatum, ob vanitatem, & curiositatem, puta, si petat seire occulta, &c. esse mortale, tenet Castropal. non plus quam veniale, Sanchez, & Caiet. apud Tambur. lib. 3. cap. 8. §. 2. num. 5. At melius dico cum Tambur. cit. esse mortale, si id fiat saepe, & per longos sermones, quia tunc offenditur amicitia, & benevolentia; quia modo Apol. 1. ad Cor. 10. ait: *Nolo autem vos fieri demoniorum.* Non potest autem Dominus habere, & calicem demoniorum. Non potest mensis Domini participes esse, & mensis demoniorum. Veniale vero, si fiat raro, & per breve tempus; quod sequitur ex verbis Pauli, ex quibus graviter familiaritas, & amicitia prohibetur.

1777 Licetum est cogere demonem, ut maleficium tollat, aut signum, quod durante durat pactum de vexando creaturam; quia id non est uti ope demonis in obsequium nostrum; sed nos defendere, & cogere, et desinat opera sua.

1778 Eadem ratione licet imperare demoni superiori ad coercendum pariter demonem inferiorem; licet naque in nostram utilitatem expellere clavum clavo. Delbene de Inquis. p. 2. dub. 228. sect. 28. n. 18.

1779 Non potest licite Exorcista demoni expulsiorem concedere, aut permittere, ut immittatur in alium hominem, quia non est dominus vitae proximi; bene vero, ut immittatur in equum, si ejus dominus sit dives, & plures habeat, ut pro reparatione salutis oblectis amobis equi alterius non censatur valde notabile damnum. Secus si esset cum valde notabiliter damno, Tancred. tit. 1. de Relig. dist. de adjuv. num. 67. quia nemo tenetur cum gravi suo damno alterius salutis corporis succurrere. Tambur. vero cit. cum Castropal. tenet id licere etiam cum gravi damno boni temporalis alterius; quia putat, talem oblectum esse constitutum in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia.

1780 Licet oblectum in demonis contemptum expuere, & leviter percutere. Si autem demonem te injuriis afficientem irae accensus graviter in oblecto percussit, peccat mortaliter; & si oblectus est Clericus, excommunicationem incurrit, nisi inadvertentia, aut ignorantia excuset; quia cum damnetur Clericum, suadente diabolo, percussit, et

que

que injuriam facis, non minus quam excommunicatus es (recte ait Tamb.) si canem in sinu domini contra te latrantem, advertenter cum domino esse confodias.

1781 Qui exorcizat, esse debet Sacerdos, aut saltem Exorcistatus Ordine insignitus, & de Ordinarij licentia.

1782 Si laicus id faciat publice, frequenter, cum populi admiratione, & Superiore contradicente, peccat mortaliter. Secus si privatim, aut si publice, raro, sine admiratione, & contradictione, & ex fide, ac fiducia in Deum; maxime si haberet hanc gratiam gratis datam eos expellendi, Tamb. lib. 3. cap. 8. §. 2. n. 24. dummodo non sit idiota, & ignarus, quia exponeret periculo, ut deciperetur à demone, aut aliqua superstitione uteretur.

1783 Nec deceret usurpator jurisdictionis Clericalis, sicut nec talis dicitur laicus, qui Missae inservit, lumina accendit, & urceolos cum vino & aqua Sacerdoti porrigit, quod est officium Accolyti; nec qui indignos ab Ecclesia expellit, quod est proprium Olliarum; non alia ratione, nisi quia munera Minorum Ordinum laici non exercent ex officio. Clerici vero ad illos promeriti generaliter ex officio. Hinc Christus Marci 16. generaliter de veris & bonis Christianis loquens ait: *Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo demonia ejicient.* Et Marci 12. *Unicum autem datum manifestatio spiritus ad utilitatem; alii, &c. alii gratia sanctorum in uno servium.*

1784 Rite autem prohibetur à Superioribus, etiam Sacerdotibus, officium Exorcistae sine eorum licentia exercere, ne quis ignarus, imperitus, aut prave vitae, audeat cum periculo superstitionis, deceptionis, & contemptus, peragere munus, ad quod scientia, peritia, mortificatio, & maxime vitae relictio requiruntur.

De adjuvazione, agunt Tancred. Tamb. cit. & Clericus c. 45.

CAPUT III.

DE VOTO.

DEFINITIO.

1785 **V**otum, est promissio deliberata & voluntaria facta Deo de meliori bono. Propositum, est sola voluntas faciendi opus: Promissio huic voluntati addit voluntatem se obligandi alteri, & in casu voti se obligandi Deo.

1786 Hinc haec promissio, si cadit supra materiam praecipit, novam obligationem inducit.

1787 Penitens, qui à Confessario monitus, ut à peccato, v. g. fornicationis, desistat dicit: *Promitto me illud amplius non commissurum;* regulariter non emittit votum, sed solum manifestare vult suum firmum propositum, quia communiter non intendit in casu transgressionis se obligare ad novum peccatum, sed ad idem contra sextum praecipitum.

Quod si velit expresse se obligare in casu transgressionis ad novum peccatum contra praecipitum humanum promissionis à se emissae, tunc emittit votum, quia est promissio facta Deo cum animo se obligandi nova obligatione libera, seu novo praecipito humano à se libere imposto.

Obligatio autem, quam communiter habet quilibet homo ad vitandum peccatum, est obligatio necessaria, quae supponit praecipitum, unde oritur, non facit praecipitum: Votum vero facit, imo est praecipitum novum, adeoque, qui habens votum castitatis fornicatur, peccat contra duo praecipita, contra praecipitum divinum Decalogi de numero sexto, & contra praecipitum humanum voti, libere ab ipso homine sibi impostum, in confessione aperitendum, quia contra duas virtutes, nempe contra castitatem, quam praecipitum divinum respicit, & contra Religionem, quam respicit votum.

1788 Qui adstantibus dixit: *Si Deus me favorati restituerit, siam Religiosus,* non fecit votum, Gobat. tom. 3. de voto num. 15. quia ea fuit sola animi offensio facta adstantibus, non promissio obligatoria directa ad Deum. Et sicut similia verba nulli homini directa, in humanis negotiis nullum pactum, & nullam obligationem strictam inducunt, ita in re nostra.

1789 Dicitur, *deliberata*, quatenus votens debet plene advertere, & cognoscere materiam, quam vovet; deliberatio enim importat advertentiam, & cognitionem materiae cum libero & expedito interiorum sensuum usu. Hinc, si quis existens Panormi, putans D. Jacobum de Compostella disare non plus, quam per centum millaria, voveret ad illum accedere, non teneret votum ex defectu deliberationis circa substantiam voti.

Similiter vota facta cum semiplena advertentia, seu deliberatione, v. g. ex repentito animi motu, non valent: Aut si quis voveret semivigilans, vel habens sensus internos vehementissima passione iras, &c. perturbatus.

De errore & ignorantia dicetur, ut de

que

juramento, à num. 1653. Error circa vim voti v. g. quod obliget sub veniali, quod obliget sub mortali, & quod possit relaxari, quod relaxari non potest, irritum reddit votum, ex defectu consensus, quia est error circa substantialia, Gobat tom. 3. de voto, n. 109. v. n. 1656. & 1822. Dicitur: *Voluntaria*, hoc est cum libero voluntate.

1790 Dicitur: *De meliori bono*, in ordine ad luum oppositum. Hinc votum nubendi absolute loquendo non tenet: quia matrimonium non est bonum melius castitate sibi opposita. Dixi absolute, quia id, quod absolute est minus bonum luo oppositum, est circumstantiis hic & nunc potest esse majus bonum, ut in num. 1816.

Hinc votum ducendi pauperem, vel meretricem, causa pietatis emillum, est invalidum, Ant. à Sp. S. ro. 1. disp. 2. scilicet 13. quia est impeditivum castitatis, quæ est bonum melius, & Deo gratius recentio titulo misericordie.

Validum autem est emillum hac cum conditione: *Voveo, casu quo velim nubere, ducere pauperem*, quia per hoc votum non obligatur quis ad matrimonium, sed quod eo libere assumptum sit lecturus matrimonium Deo gratius, quale est pauperis.

Dicitur facta Deo: ut in n. 2017.

DIVISIO VOTI.

1791 **D**ividitur in solemne, & est illud quod acceptatur ab Ecclesia, aut votum castitatis sacris Ordinibus annexum, & professioni Religiose: Et simplex, quod talis solemnitate non habet, sed emittitur privata auctoritate.

Subdividitur in absolutum, quod fit ex amore ad materiam, quam vover; ut si voveas castitatem, ex amore castitatis: Conditionale, quod fit sub conditione, ex affectu scilicet ad habendam, vel non habendam conditionem: v. g. voveo castitatem, si Deus me liberet ab hac tempestate: Et Pœnale, quod fit in penam; ut voveo jejunium, si lusero.

Item in reale, in quo promittitur res externa, ut elemosina: Personale, in quo actio personæ, vel ejus omisso: ut peregrinatio, vel omisso ludi: Et mixtum, in quo utraque: ut peregrinatio cum elemosina.

C O N D I T I O

1792 **I**n votis apponi solita, si fit de præterito, aut de presenti, non reddit votum conditionale, sed absolutum: quia non suspendit obligationem: ita si fit futura necessaria: ut *Voveo elemosinam, si cras sol orientur*, quia hæc habetur pro impleta. Unde de-

bet esse de re contingenti, ut votum sit conditionale.

Conditio impossibilis reddit votum nullum, cum non possit poni in esse. Solum in matrimonio, & in ultimis voluntariis, habetur pro non adjecta, & non reddit actum nullum: quia pro his ita jus disposuit, non sic in votis.

Votum sub conditione turpi, si conditio habeat rationem finis voti, quatenus ex voto obtineri intenditur; ut votum dandi certam elemosinam pauperi, si hæreditas injusta obtineatur, est nullum, ex n. 1802. Validum vero, si non se habeat ut finis, sed ut pura conditio: ut *Voveo ingredi Religionem, si meus pater bona sua dissipabit*. In primo enim casu conditio se habet ut finis, in secundo ut causa impulsiva, & occasio: v. n. 1805.

1793 Votum conditionale non obligat, nisi conditionali adimpleta; quæ non sufficit, ut adimpleatur in æquivalenti, ut in contractibus, sed adimpleri debet in forma specifica, & quia interpretatio voti est stricte faciendæ, ut minus obliget.

1794 Vovisti Religionem, si tua foror nuberet: mortua est tua foror, tenetur ad Votum, si tua intentio fuit de non deferendo eam defuitam, quia tunc materialiter se habet ad tuam intentionem nuptiæ; non tenetur, si præcise nuptias ob aliquod speciale motivum intendisti. Mendo ineptit. ver. *Votum num. 55.*

1795 Vovisti certam elemosinam dare, si eo anno fieres Judex Prætoris; factus autem es Judex Magnæ Curie, tenetur ad votum, si intendisti gradum Judicis Prætoris tanquam viam, & dispositionem ad gradum Judicis Magnæ Curie. Secus si tua intentio fuit absolute, & præcise ad illum intentam, vel ob aliquod speciale motivum, vel quia alium gradum ob tui insufficientiam, vel aliter æmulationem, non sperabas.

Item die de voto dandi certam elemosinam Ecclesie, si fias Parochus Ecclesie N. & sis factus Parochus pinguioris Ecclesie. Ant. à Spir. San. tom. 1. tr. 5. disp. 2. scilicet 26. n. 274. In dubio de intentione, sive positivo, sive negativo, non obligaris, quia Randum est pro libertate.

1796 Impediens conditionem voti, non peccat, si conditio pendeat à propria voluntate, quia non se obligavit ad conditionem, sed ad votum, conditione libere apposita. Si conditio pendeat à voluntate alterius, & sic mala, ut *Voveo Religionem, si pater meus bona sua in ludo, & cum meretricibus*

huius dissipabit, potest impediri, quia mala sunt impedienda: à conditione adimpleta, tenetur ad votum, ut supra dictum est n. 1792.

Si conditio pendeat à voluntate alterius, & non sit mala, seu prohibita, non potes sine peccato impedire, quia tunc remissio obligationem voti in alterius voluntatem; unde in eo voto ad eam pactum virtuale & implicitum de conditione non impedienda. Et tunc peccas impediendo conditionem; at non obligaris voto, quousque conditio apponatur, peccas autem impediendo vi aut fraude. At non peccas, si precibus, & rationibus utaris, ut ille conditionem non apponat, quia liberum illum relinquis.

Si quis voverit Religionem ingredi, si pater intra annum consentiat, & ipse votum non manifestat: elapso anno quamvis pater consentiat, non tenetur ingredi Religionem. Et idem est, si vi, aut dolo impediatur, ne pater consentiat; quia revera conditio non fuit impleta. Anton. à Spir. San. cit.

IN VOTO PœNALI

1797 **V**er. Et. gr. *Voveo jejunium, si lusero, si non recitavero divinum Officium*. Quoties transgressio in conditione caret culpa, puta per inadvertentiam, infirmitatem, &c. caret pœna, quia pœna est impolita ob culpam transgressionis in conditione, nempe ob ludum, ob omissionem Officii divini. Imo si recordaris conditionis, & non recordaris pœnæ, culpabiliter, inquam, omittis Officium, at non recordaris jejunii, non tenetur ad penam, quia oblitio naturalis æquivalere ignorantie invincibili pœnæ, quæ excusat à pœna.

Eadem ratione, si scias te votum emisisse, ac necesias, si sub pœna aliqua, peccas quidem contra votum, sed non tenetur ad penam.

Item, quoties conditio cadit, quatenus est inepta, indifferens, impossibilis, &c. cadit pœna, quia pœna est accessoria conditioni positivæ; aut negativæ, videlicet actus, aut omissionis, quæ vitari intenditur, & ad quam vitandam fit votum pœnæ.

1798 Quod est verum etiam in voto pœnali duplici, ubi scilicet tam pœna, quam ipsa conditio, est materia voti; v. gr. *Voveo non ludere, & si lusero, voveo jejunium*. Tunc si cadit votum de non ludendo per dispensationem, aut ob aliam causam, cadit votum de jejunando.

Ex quo habes, quod in voto pœnali conditio voti, quæ vitari intenditur, est finis principalis voti pœnæ, & hæc est illi accessoria.

Si pœna apponatur sine determinatione quoad vinces.

HÆC SIT REGULA.

1799 **S**i pœna est ex ordinariis, & moderatis, quæ iterari solent, intelligitur incurri toties quoties: Si vero est ex gravissimis, quæ iterari non solent, ut est peregrinatio, ingressus Religiosis, &c. tunc in prima transgressione incurritur pœna, minime in sequentibus. Quod est verum, si votum sit de sola pœna, v. gr. in casu ludi, ut *Voveo jejunium, peregrinationem, si lusero*, sive sit de ludo vitando sub pœna: ut *Voveo vitare ludum sub pœna jejunii, peregrinationis, &c.* Caltrapal. tom. 3. tr. 15. disp. 1. par. 18. p. 147. Tamb. tom. 1. lib. 3. c. 12. §. 7. Ant. à Spir. San. tom. 1. c. 5. disp. 2. scilicet 27. Quia interpretatio tunc est faciendæ ex communi hominum more, & verisimili intentione voveritis, homines enim non solent pœnas gravissimas, & extraordinarias, sibi toties quoties sunt in culpa, imponere, bene vero ordinarias, & moderatas.

Tum quia timor singularis, gravissimæ, & extraordinariæ pœnæ, potest hominem à ludo perpetuo continere, licet post ejus incursionem cesset, adeoque potest sub una tali pœna perpetua ludi vitatio promitti.

Ex quibus rationibus, non improbabile putant citati Doctores, votum de pœna, sive sit in casu ludi, sive de ludo vitando, sive sit ex gravissimis, sive ordinariis, intelligi prima vice. Pro hac sententia adducunt Sâ, Dianam, Trulench, & Layman, & exemplum de voto jejunandi in vigilia alicujus Sancti, quod intelligitur de prima vigilia, nisi aliud exprima tur.

METUS IN VOTIS.

1800 **Q**ui voverit naturali timore periculi à causa naturalis provenientis, ut ex tempestate, morbo, &c. vovere dicitur ob metum intrinsicè incussum. Qui vero moverit timore periculi à causa libera provenientis, v. g. à latrone, &c. vovere dicitur ob metum ab extrinseco incussum.

1801 Vota omnia, etiam solemnia, facta ex metu non incusso ad finem ea exortuendi, sunt valida, etiam si metus sit gravis, injustus, & ab extrinseco incussum; quia tunc voveo à nemine impellitur, sed ipse illud eligit tanquam remedium mali imminentes. Similiter est validum, quando eligitur tanquam conditio oblata ad malum vitandum, immo est validum, etiam si metus gravis sit iuste incussum ad illud exortuendum; quia tunc

tunc sine injuria votum proponitur sub conditione, non sub coactione: ut nempe vovent, si malum, cui libere causam dedisti, effugere velis. Si autem sit ex metu gravi injulte inculco ad finem illud extorquendi, est invalidum jure Ecclesiastico, & natura, nisi sit juramento firmatum, quia Deus illud non acceptat, ne det vim injulte coactioni, adeoque ut non fervetur, non indiget relaxatione. Exempla habes de metu in matrimonio, vid. n. 1645.

M A T E R I A,

1802 **U**T votum sit validum, debet esse possibile, nec mala, vana, inutilis aut indifferens; ut si quia cecidisti ex equo, vovent amplius non equitatum; quia passus es in mari, non amplius navigatum; quia displicet Deo multa promissa; immo peccator venialiter, nisi sit de re mala mortaliter, nec venialiter, si mutatis circumstantiis fiat bona; nam ex reg. 1. v. 18. in 6. non firmatur tractu temporis, quod initio non subsistit.

1803 Si res sit bona, conjuncta tamen cum causa mala, & tu illam vovent ut bonam, tenet votum; ut si vovent elemosynam, si non capiaris in furto, si obtineas prolem ex adulterio, quod patras: quia tunc finis voti est falsus, proles &c. quæ in se sunt bona, & dona Dei; adulterium vero non est finis aut effectus à voto intentus, sed concomitantem se habet; quod si res mala sit finis, aut effectus à voto intentus, utique invalidum est votum.

1804 Votum, si ei adjungatur finis, aut circumstantia mala, se tenens ex parte materiae voti, v. g. si vovent elemosynam ad obtinendam vanam gloriam, est invalidum. Validum est, si se tenent ex parte vocentis, si ex vana gloria vovent elemosynam, licet vivendo peccet; quia in primo casu votum, quod est actus Religionis, & cultus Dei, ordinatur tanquam medium ad vanam gloriam, quæ est mala, & inde Deo ingrata; in secundo casu, vana gloria se habet concomitantem, & ut causa impulsiva, non ut finis.

1805 Causa impulsiva, seu occasio videtur illa, quæ existit, aut putatur existere, quando fit votum, & hominem ad vivendum excitat: finis vero voti est ille, qui à vivente intenditur obtineri, & hic occasione deficientem adhuc persolvit.

Si ex impulsu de infirmo, qui occasione desumpta ex infirmitate, vovit recitare quolibet Sabbato Rosarium Virginis, vel ob Virginis cultum, qui est finis intrinsecus, vel ut

saluti restituatur, & in ea conservetur, qui est finis extrinsecus: infirmitas est causa impulsiva: cultus, aut salus, est finis.

1806 Finis intrinsecus est ille, qui essentialiter est actus annexus, ut cultus in oratione, & recitatione Rosarii. Finis extrinsecus est ille, qui est separabilis ab actu, & solum est ejus finis, quatenus est ab operante intentus. Sic est salus in voto de recitatione Rosarii.

1807 Votum Muliercularum Panormi fieri solum de commorando toto die Festo alicujus Sancti in ejus Ecclesia, & non comedendo, nisi quod ab aliis eis sponte deferuntur, est nullum, ut de materia incepta; quia est experientia competens, quod nulla ex his creat cognatis, qui cibos affluenter deferant, & sic in Ecclesia tanquam in taberna bibunt, & comedunt: tunc non cedit in cultum, sed in maximam Dei, & Sancti irreverentiam. Validum tamen erit votum, si postquam Sanctum inviserint, domum repetant, ibique, ut eis placeat, injunent.

1808 Votum Mulierculæ non nendi, seu filandi die Sabbati ob Virginis devotionem, non tenet, si habeat animum alia opera servilia patranda. L'ander de voto tr. 2. disp. 4. g. 11. quia non cedit in cultum ab eo abstinere, cum liberum sit ei aliter operibus servilibus mentem magis à divinis advocantibus vacare.

1809 Votum agitando tauros, aut prophanas comicorum representationes in honorem alicujus Sancti exhibendi, non tenet, Mendo n. 62. quia minime Sanctorum cultum, sed immodestias, & indecora retinet.

1810 Votum omissionis rei bonæ tenet, si omissionis disponat ad majus bonum, ut votum non subendi. At non tenet, si omissionis fit operis præcepti, aut consilii; quia est rei malæ aut indifferens, ut Mendo n. 66.

1811 Quis post votum non fornicandi, videns se in quadam occasione melius tentationibus agitur, ut ut liberatior, à fratribus, quoad fornicandum, illud ipsemet commutavit in melius, videlicet in votum Religionis. An valide?

Respondeo. Invalide, Mendo ver. votum n. 79. cum Sanchez, & Suariorum, quia in his circumstantiis commutatio non est in melius; nam primum votum habet pro fine vitare, & non patrare peccatum, quod est bonum melius, quam non Religiosus. Immo talis commutatio in votum Religionis opponitur illi fini, & commutans intendit tollere tunc frænum peccati, qui est finis malus, qui vitat naturam voti Religionis, ex se meliorem; unde in illis circumstantiis invalidum est

vo-

votum Religionis: & obligat primum votum.

1812 Quidam factior vovit se servaturum castitatem, in sua tamen patria, & artes post se latè venit in moritiam, ibi conditum esse legit Principis, ut nullus artem ibi exerceret coelebs, nisi alicui Magistro famulando: an possit nubere?

Possit, ait Gobat rom. 3. de voto n. 10. quia conditio, dependenter à qua vovit, est reddita impossibilis: promissio namque dependens ab alieno arbitrio, censetur de re impossibili, quando alter consentire non vult: ita ille.

1813 Votum Religionis non obligat, quoties ex aliqua causa professio emitti non potest sine peccato; quia votum non est vinculum iniquitatis.

1814 Votum de non assumendo Sacerdotium, ex humilitate emissum, est validum. Gobat rom. 3. de voto n. 425.

1815 Votum de bono impeditivo majoris boni, est invalidum, & veniale: esse impeditivum majoris boni, non est esse impeditivum boni majoris cuiuscumque, & boni absolute considerati; sic enim nulla fere vota valent, cum semper fit invenire majus bonum, quam fit ipsum votum factum; sed esse impeditivum majoris boni, quod vovens habeat tunc, quando votet. Hinc validum est votum Religionis laxioris à seculari factum, invalidum vero est si fiat à Religioso Religionis observantis.

1816 Si quod est per se minus bonum, sit per accidens majus bonum, tenet votum; unde, licet regulariter votum de nubendo non tenet, quia est impeditivum coelibatus, qui per se est majus bonum; tenet tamen: 1. si te opides primum ad lapsum, & continentiam tibi moraliter impossibilem; quia tunc (ait Paulus) Melius est nubere, quam non; 2. si non vales sine gravi periculo ad infantiam relinquere infantem, vel liberos ex conceptis, 3. si inde speretur magnum bonum Republicæ, puta pacis, &c. Tamb. de voto r. 15. §. 3. n. 4.

1817 Votum abstinentiæ ab hoc opere servili, non surandi à Petro, non fornicandi cum tali muliere, est validum, Ant. à Spir. S. rom. 1. tr. 5. disp. 2. c. 1. §. 2. n. 49. cum Sanchez contra Tancr. quia abstinentia ab his actibus, licet sit circa rem individuum, est præcepta, adeoque bona.

1818 Idem dico de voto, amore continentie emissio, non fornicandi, nisi cum tali muliere; quia hoc est votum non fornicandi cum aliis: Et particula exclusiva, nisi, non includit votum fornicandi cum tali, quod esset præcipuum; sed solum facit, quod votum non

Examen Ecclesiæ.

se extendat ad talem individuum mulierem, quod non importat malitiam, cum votum sit liberum, & dependeat ex institutione vocentis.

Dixi, amore continentie emissio: quia si emittatur amore mulieris, quam à voto excludit, votum est invalidum, & peccaminosum, uti de re mala, quatenus esset emissum ad magis firmandum amorem, seu concubinatum cum muliere illa.

O B L I G A T I O V O T I

1819 **P**endet ex quantitate materiae, & qualitate intentionis; in materia gravi, v. g. in recitando Officium Virginis, potes te obligare leviter, sicut per multos potest Confessarius imponere poenitentiam gravem pro peccatis gravibus, obligando poenitentem solum sub veniali. Ita à fortiori vovens; quia sicut in ejus libertate fuit obligatio quoad substantiam, ita & quoad modum. Potest igitur in materia gravi se obligare leviter, si id expresse intendat, alioquin censetur se obligare graviter: quia præsumptio fit ex regulariter contingentibus: vide n. 1852.

1820 In materia levi non potest cadere obligatio sub mortali, nec ratione voti, nec ratione præcepti; quia ejus impositio est iteracionabilis: nam materia levis est incapax obligationis gravis. Diana part. 5. tract. 5. ref. 52.

1821 Potest tamen materia in se parva esse magna ratione alicujus circumstantiæ, aut finis magni, & sic esset capax obligationis gravis; unde si vovent recitare quolibet die unum Ave Maria, in Virginis devotionem, est materia parva, & omittendo, nonnulli venialiter peccat, quia ejus omissio est modicus devotiois defectus, sicut omissio unius Psalmi in Officio, quod pariter in laudem Dei recitatur. At si vovent illam orationem pro gravi tentatione laetanda, pro qua eam expertus in medicinam; tunc potes ad eam te graviter obligare, quia est materia gravis, ita ut urgente gravi tentatione, & periculo cadendi, mortaliter pecces, si omittas: v. n. 1851. c. tom. 2. n. 12.

1822 Votum ex errore emissum, non obligat, si error fuerit circa substantiam, aut conditionem substantialem rei promissæ, vel circa finem, seu motivum vivendi. Hinc qui vovit dare calicem, quem putabat argenteum, non tenetur dare, si comperiat esse aureum: & votum celebrandi Missam pro salute infirmi non obligat, si sic

N mor-

mortuus, aut sanus: vide numer. 1789.

1823 Votum negativum, v. g. non bibendi vinum die Veneris, obligat ad tot peccata, quot vicibus frangitur: non sic votum positivum, v. g. jejunandi die Veneris; unde toties peccas; quoties eo die vinum bibis; non tamen quoties comedis, uti de precepto affirmativo, & negativo, cui votum aequivallet, discussimus.

1824 Unde si vovisti jejunare in pane, & aqua, solum peccas prima vice bibendo vinum.

1825 At si vovisti hac die jejunare, si comediti carnes, solum te peccasse prima vice, tenet Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 5. disp. 2. sect. 25. n. 362. cum Tamb. & pluribus.

Peccare verò toties, & quoties carnes comedis, dico cum Castrop. & Suarez: disparitas est, quia primum votum non est negativum de abstinencia à vino, sed affirmativum de jejunio sub mortificatione panis, & aquæ, quale jejunium per primum vini potum fit impossibile: secundum est de jejunio absolute, & quia jejunium includit pro altera parte essentiali preceptum negativum de abstinencia, quod per primam transgressionem non fit impossibile, idèd peccas, quoties bibis.

Imò in mea sententia, quòd dispensatus ad carnes, ex quo cibi quadragesimales ei nocent, non fit dispensatus ab unica comestione; iste, qui peccavit prima vice comedendo carnes, tenetur servare sub mortali formam jejunii quoad unicam comestionem; quia jejunium non importat unicam comestionem, ut accessorium, sed æque primò unicam comestionem & abstinenciam à carnibus.

1826 Alieno voto nemo obligatur, nisi ratificaverit; unde parentes, qui filium Religioni vocaverunt, tenentur solum illum verè, & non sicte persuadere.

1827 Vota realia impleri debent de proprio. Si non habes, non teneris mendicare. Si verò alius, sive rogatus, sive spontè, velit solvere, quamvis tu possis ex tuo, valet. Vota tamen personalia non adimplentur, nisi per voventem; unde si non potes, non teneris per alium; res nanque, non actio alterius potest fieri tua.

1828 Votum mixtum, ex parte, qua est personale, non potest per alium adimpleri; bene verò ex parte, qua est reale.

1829 Qui non potest quoad partem personale, aut quoad realem adimplere, non tenetur commutationem facere in aliud, quod potest. Imò, si ambe partes non sint æque intentæ, sed una accessoria, qui non potest

principalem, non tenetur ad accessoriam: vide an. 1824.

1830 Votum nunquam peccandi moraliter, tenet; quia est de re moraliter possibili, sed non est consulendum ob facili violationis periculum.

1831 Votum nunquam peccandi venialiter, est invalidum, quia est de re moraliter impossibili: aliqui volunt, quòd obliget ad vitanda mortalia, & venialia graviora. Votum de certo veniale, v. g. nunquam mentiri, tenet. Non sic votum vitandi omne verbum otiosum; aut omnem distractionem in oratione, quia spectata hominum imbecillitate, est moraliter impossibile.

1832 Si concurrant duo vota impossibilia, impleri debet, quod est melius: si sunt æqualia, quod est prius: si non recorderis, libera est electio. Ratio primi, quia votum est de meliori bono. Ratio secundi, quia prior tempore, est potior in jure. Sit exemplum. Petrus vovit jejunare in pane; & aqua, quælibet sexta feria: item vovit in vigilia D. Rosalix accedere ad montem ad invensandum Sanctam; hoc autem anno vigilia D. Rosalix contingit feria 6. & hæc duo sunt ei impossibilia: in hoc casu adimplere debet votum jejunii, quia est de meliori bono: nam est utilius animæ, utpotè magis macerativum corporis; hinc ad redimenda peccata sæpe S. Scriptura consulit jejunium, & elemosynam. Tum quia iter sex aut octo milliarium non excusatur à jejunio.

1833 Si materia, quæ ab initio fuit possibilis, & apta, evadat impossibilis, aut inepta in perpetuum, exungitur votum; si ad tempus, suspenditur pro illo tempore. Si evadat impossibilis quoad partem, tunc si non potest commodè dividi, ut est edificatio Templi, non teneris ad partem; si potest commodè dividi, teneris ad partem, quam potes; unde si non potes jejunare totum novenarium, quod vovisti, & potes aliquibus diebus, teneris ad illos: vide an. 454. q. 1. ad 1841.

1834 Si materia potest dividi, sed una pars fit principalis, alia accessoria, cessante obligatione principalis, cessat obligatio accessoria; quia ex reg. juris Canon. *Accessorium naturam sequi congruit principali*; hinc si vovisti peregrinationem Romanam in cilicio, & ibi aliquid offerre: si peregrinatio evadat impossibilis, non teneris ferre cilicium, nec oblationem mittere; non enim sunt intenta per se seorsim, sed dependenter à principali, ut ejus modus: vide an. 1829.

1835 Votum disjunctivum, cujus una pars est materia apta, altera inepta, ut votum de

recitando Rosario, aut de danda elemosyna de furto, est invalidum; quia in voto disjunctivo obligatio cadit æque primò supra utramque materiam, cum libertate eligendi utramlibet; atque cum altera sit inepta, nullam est votum.

1836 Si vovisti dare Ecclesie bovem, aut equum, ad nil teneris, si tempore voti, aut antè equus perierit; quia tempore voti altera pars erat impossibilis. Si verò perierit post votum emissum, teneris ad superflitem, quia cum obligatio cadat supra utramque partem, & votum in principio fuerit validum, teneris ad alteram. Potes tamen dare pretium partis, quæ perierit, si non fit facta electio; quia libera est tibi electio. Si autem equus perierit absque tua culpa post factam electionem ejus, non teneris dare rem superflitem, nec pretium rei destructæ; quia facta electio, tenebaris solum ad rem electam, & cum illa perierit sine tua culpa, ad nil teneris, quia res est facta impossibilis.

1837 Similiter, si post votum disjunctivum Religionis, aut castitatis, ingressus es Religionem, & ab ea ejectus fuisti, non teneris ad castitatem, quia altera pars est reddita impossibilis post ejus electionem. Gobat de voto tom. 3. n. 79.

1838 Eadem ratione hæres tenetur satisfacere votum reale defuncti, qui votum disjunctivum emisit, cujus una pars erat personalis, & altera realis, si ille, dum vivebat, partem personale non elegerat. Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 5. disp. 2. sect. 11. Castrop. disp. 1. de voto p. 11. r. 2. n. 28.

1839 Obligatio voti realis transit ad hæredes, si illi bona hereditatis receperint. Insuper (salva legitima hæredis, quæ non potest à testatore gravari debito voluntario, quæ est votum, aut legatum pium) nec hæres tenetur illud solvere, nisi juxta sufficientiam hæreditatis: vide an. 2053.

1840 Item Monasterium, si constituitur hæres voventis, ob ejus mortem, tenetur illius vota realia adimplere; minime si constituitur hæres ob professionem Religiosam ab eo emissam; quia per professionem Religiosam extinguuntur omnia vota, tam personalia, quam realia. Vota autem tempore hæreditatis extincta non tenetur solvere hæres. Si autem vota fuerint à tertio acceptata, probabilius est, quòd teneatur Monasterium solvere. Com. contra Castrop. de voto disp. 1. p. 26. n. 7.

1841 Si vovisti aliquid faciendum determinato tempore, tunc si votum fuit factum

cum intuitu ad tempus, ut si vovisti jejunare feris sextis, audire sacram Sabbatis; eo transacto cum, aut sine culpa, cessat obligatio: quia est præfixus terminus. Nec prævenire teneris, si impedimentum prævidisti, quia ad id te non obligasti, nec solet esse hæc intentio voventis.

1842 Si votum non fuit factum cum intuitu ad tempus, sed tempus designatum fuit ut terminus, ut si vovisti Religionem ingredi intra annum: tunc obligatio non cessat; quia tunc non est determinatum tempus ad finem datum obligationem, sed ad præscribendum terminum, ultra quem non differatur: unde etiam post illud debes implere. Mendo in epist. ver. votum n. 60.

1843 In dilacione datur parvitas materia. Imò publica necessitas aut utilitas permittit dilacionem in voto, quantumvis gravi, aut reservato. Gobat tom. 3. de voto n. 87.

1844 Item satisfacti; anticipando, si votum non fuit emissum intuitu, sed ex devotione talis præfixi temporis, ver. g. feria sexta.

1845 Si non determinasti tempus, teneris implere, cum primum commodè potes.

1846 Ly, cum primam, intelligitur non physicè, sed moraliter, hoc est data temporis opportunitate, & occasione; juxta prædictis arbitrium.

Quantum ad peccatum mortale, Cajet. Nav. & alii apud Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 5. disp. 2. sect. 18. n. 310. absolute tenent, executionem talium votorum, quibus non est tempus præfixum, posse differri, quando vis voventis, dummodo non sit periculum oblivionis, vel non adimpletionis. Castrop. docet dilacionem sex mensium post datam opportunitatem, esse notabilem, & inde mortalem. Lædema in voto Religionis, dilacionem duorum, vel trium annorum putat non esse mortalem, si non sit periculum oblivionis, aut non implicitus.

Sed rectius Tamb. lib. 3. cap. 12. §. 3. n. 10. docet, in voto Religionis esse considerandum ætatem: nam si vovens sit sexdecim annorum, utique dilatio trium annorum non erit notabilis; secus si quadraginta annorum: vide an. 1852.

1847 Si determinasti tempus, v. g. dandi elemosynam mense Augusti cum intuitu temporis, si ante illud tempus prævidas impedimentum, non teneris prævenire: qui obligatio est affixa temporis. At si incepto tempore illo, v. g. mense Augusti prævidas impedimentum pro fine mensis, teneris prævenire, quia jam es intra tempus obligationis: sicut die festo,

fo, qui prævidet impedimentum auditionis Sacri, tenetur manè prævenire.

1848 Si vovisti rem determinatam, v. gr. hunc calicem: si pceat; non teneris ad alium; quia fuit præfixa individua materia. Si vendisti: teneris ad pretium; quia eadem materia virtualiter manet.

1849 Si non determinasti quantitatem, satisfaciis, dumdo quantum velis, dummodo non sit tam parvum, ut videaris irritere votum; quia nempe præsumitur se obligare, nisi ad id, quod est decens, & commodè potest.

1850 Si pluries votum de eadem re renoves, si frangas, unum peccatum committis: quia non est votum distinctum, sed confirmatio voti: v. n. 1984.

1851 In votis constitutibus statum Religiosum, & in votis, seu præceptis annexis Ordini Sacro; non potes te obligare leviter; sed tibi liberum est, eum statum eligere, quo electo, sub gravi ad illa teneris; quia qualitas obligationis ibi est ab Ecclesia præscripta.

1852 Votum licitè habeat rationem præcepti humani, in quantum est onus libere impositum ab homine: obligatio tamen illud adimplendi est de jure naturali, & divino: Fagnan. in lib. 2. pag. 476. De jure naturali; nam ratio naturalis dicitur, fidem promissam hominibus esse servandum: ita potiori jure Deo illorum supremo Domino. Item de jure divino, Deut. 33. Cum voveris Domino Deo tuo; ne tardabis reddere: quia requiritur illud Dominus tuus, & imitari fueris, respiciatur tibi peccatum. Pfah 75. Vovete, & reddite Domino Deo vestro. Et Eccl. 5. Si quid vovisti Deo, ne moreri reddere: despicit enim Deo infidelis, & stultia promissa: sed quodcumque voveris, reddere: multoque melius est non vovete, quam post votum, promissa non reddere.

1853 Ut votum valeat, requiritur ætas sufficientis ad mortale, nempe usus rationis; exceptis votis solemnibus Religiosis, quæ sunt invalida ante annum 16. expletum, ex præscripto Trid. sess. 25. cap. 15. tam pro viris quam pro mulieribus.

1854 Vota impuberum, & Religiosorum facta non requirunt consensu positivo patris, aut Prælati, sunt valida, si non sint præjudicialia patri, aut Prælato, vel Religioni; scilicet si sint præjudicialia.

1855 Castitas est virtus prohibens omnem delectationem voluntariam veneream, tam internam, quam externam, ita & votum castitatis. Imò voto castitatis ligatus, etiam si sine sua delectatione alium ad pollutio-

nem suis tactibus impellat, aut solum impudicè tangat, tenetur circumstantiam sui voti explicare, quia contra suam castitatem peccat; nam castitas omnem actum venereum & luxuriae prohibet.

1856 Voto ingrediendi Religionem non satisfaciis, si ingrediaris animo egrediendi, quia est collusio. Bene verò, si vero animo permanendi ingrediaris, postea tamen ante professionem egrediaris, quia tibi Religio non placet. Si vovisti ingressum & professionem, probabile est, cum Diana p. 2. ar. 17. res. 10. Caltrap. 100. q. 1. 16. disp. 1. pun. 4. n. 7. & alii, te posse licitè egredi, si expertus sis Religionem propter asperitatem non esse tibi accommodatam: quia tale votum intelligi debet juxta formam juris communis. Trid. sess. 25. c. 15. quod annum probationis sub nullitate professionis requirit pro experimento, ut si Religio non placeat, sit liberum egredi, quia conditio est virtualiter inclusa in voto; ita ut cap. 16. Trid. suspendat omnes renunciationes intra dictum tempus factas.

1857 De voto castitatis, & Religiosis quoad actum conjugalem: vide in matrimonio.

1858 Qui vovit Religionem, non tenetur omnes adire, si ab una, aut altera respuatur; sed aliquot, puta tres, aut quatuor. Tances de juram. pag. 591. n. 19. Bufem. Et tunc, si respuatur, est liber à voto: quia implicite conditionem includit: Si Abbas recipere voluerit. Item dico, si unam ingrediis, ejicitur.

1859 Qui vovit ingressum in determinatam Religionem, si ab illa non admittatur, non tenetur ad aliam.

1860 Qui post Religiosis votum cognoscit se impedimentum habere, ob quod non sit admittendus, vel admittis sit expellendus, non ligatur voto.

1861 Non emitit votum Religiosis, nec tenetur eam ingredi. 1. Qui emit votum volendi Religiosis ingressum; sed satisfaciendo semel actum bonæ voluntatis. 2. Nec qui emit votum nolendi in sæculo vivere: sed ei satisfaciendo negativè se habendo, non eliciendo scilicet actum volendi in sæculo vivere, nec contrarium; unde ambo possunt matrimonium contrahere.

1862 Qui verò vovet se morturum in Religione, seu extra Monasterium non morturum, votum ingrediendi Religionem, & in ea perseverandi promittit: quia non potest quiescere in Religione mori, nisi eam ingrediatur, & in ea perseveret. Ita Leander de voto r. 2. disp. 21. q. 6. ap. & 8.

Qui

1863 Qui fecit votum promittendi, aut volendi castitatem, non fecit votum castitatis; unde potest commutari, aut dispensari.

1864 Qui fecit votum peregrinationis Romanis nudis pedibus, si non possit nudis pedibus implere, tenetur accedere modo, quo potest; quia non pandet ab eo modo substantiam voti; & qui non potest accessurum, tenetur ad principale; quod verò non potest principale, non tenetur ad accessurum. Hinc, qui vovit ire pedes, tenetur ire eques, nisi eam circumstantiam ut principalem voluisse, putà ob superbendum cum labore, vel ob vitandas expensas equi, Mendo n. 63.

RELIGIOSUS CREATUS EPISCOPUS;

1865 **A**Ut Cardinalis, quoad habitum tenetur uti colore sui Ordinis, licet uti possit figura Episcopali. Est autem à die confirmationis electionis facta à Pontifice liber ab aliis votis præter tria essentialia, & à præceptis Regule: ita ut non tenetur amplius ad jejuniata lanorum, & reliquis observantibus præscriptis in Regula; Post. var. Episc. n. 13. Rodr. var. Episc. c. 68. Thomas Delbene de Inqui. p. 2. dub. 236. s. 1. 67. Bufemb.

Prob. ex c. Statutum 18. q. 1. per illa verba: Statutum est, ut Monachus, quem electio canonice à jure Regule, & Professione Monachali abfuit, & Sacra Ordinatione de Monacho Episcopatum fecit, velut legitimus hæres, paternam sibi hereditatem postea jure vendicandi possessionem habeat. Adque ratione dignitatis Episcopalis.

1866 Idem dicunt de Episcopis titularibus, & addunt, quod si Episcopus Episcopatum resignet, aut ob culpam deponatur, dummodo non degradetur, non tenetur ad regularem observantiam redire; quia retinet eminentiam Episcopalem. Secus de Religioso Cardinali, qui si non est Episcopus, & renunciat, tenetur ad regularem observantiam, & obedientiam redire.

1867 Non est autem liber à tribus votis essentialibus; quia non definit esse Religiosus, sed solum est exemptus quoad aliquos effectus paupertatis, & obedientiæ, juxta decemiam statum. At non dispensatur obedientia, sed mutatur in obedientiam Papæ; nec paupertas, quia non acquiritur dominium bonorum Ecclesiæ, sed administrationem, liberam tamen quoad suam sustentationem, & causas pias: Est enim (ait D. Bonav. in 4. sent. dist. 38. 5. Ad illud num. 47.) divinum non dominium, sed dispensatur, &c. similiter in voto obedientiæ non est dispensatum, quia omnem obedientiam, quam debet prius suo Superiori, debet Papæ.

RELIGIOSUS MINIMUS

1868 **C**reatus Episcopus, tenetur ad vitam quadragesimalem, Peyr. tom. 3. priv. cap. 14. num. 2. Montoya. Ledeb. & Valquez, contra Belliz. Fagnand. Diana p. 3. n. 26. ref. 50. Bo. d. ref. 135. n. 29. quia est votum illis essentialia commensibile; patet ex verbis professionis; *Vivo bare, & perseverare totum tempore vite mea sub vita, & regula Fratrum Ordinis Minorum, perseveranter vivendo sub voti paupertatis castitatis, ac obedientiæ, & quadragesimalis vite.* Hinc Peyr. cit. n. 2. sciens, supremam Inquisit. Hisp. prohibuisse quodlibet Lacerdæ, donec corrigantur, in quantum dixit, votum vite quadragesimalis non esse essentialia in Ordine Minorum. Debemus igitur eodem modo discurrere de hoc quarto voto pro Minimis assumptis, quod adcurramus de aliis tribus pro aliis Religiosis.

1869 Tum quia (ut refert Peyr. cit. n. 3.) tres Summi Pont. Paulus V. Greg. XV. & Urb. VIII. cum tribus Minimis assumptis in hoc voto dispensaverunt. Et presertim Urb. VIII. in examine Parisi Francisci Castellani pro Episcopatu Capulinensi, cum interrogavit, an factus Episcopus tenetur ad votum vite quadragesimalis, & cum dixisset, non teneri, respondit Papæ: *Errasti, teneris enim;* & parum desuit, ut excluderetur, noluit tamen cum eo disputare. Idem est dicendum de ejectionis.

RELIGIOSI PERPETUO EJECTI,

1870 **A**Ut damnati ad tritremes, tenentur omnino ad castitatem. Eorum verò voto paupertatis, & obedientiæ non sunt extincta quoad substantiam, sed suspensa quoad executionem, & actum secundum, ratione status, qui eorum executio non comparitur; unde non tenentur obedire Superiori regulari, nisi quoad regressum, si arceantur, ut redeant; minime quoad alia, quia extra Religionem caret Superiore regulari, & per ejectionem fuerunt constituti extra ejus subjectionem.

1871 Ejecti, bonorum, quæ obtinent, solum habent usum, & administrationem; non dominium, quod acquiritur, non Monasterio, cujus non sunt membra, sed Ecclesiæ, in qua habent beneficium; vel Episcopo loci, si id non habeant, & non sint exempti. Si autem beneficium non habent, & sunt exempti, acquiritur Papæ.

1872 Ejectos, & damnatos ad tritremes non teneri ad præcepta Regule, docent cit.

DD. quod etiam Pelliz. & Bord. extendunt ad recitationem Divini Officii, quatenus hoc est unum de observantiis, & præceptis regularibus; & quatenus consuetudo recitandi est intra, non extra Religionem. Sed eos ad divinum Officium teneri, docent Rodr. Bonac. Gav. Navar. Suarez, & alii: v. n. 47.

1873 Item dicunt, episcopos non teneri ad alia vota præter essentialia, excepto voto de non procurandis, aut acceptandis dignitatibus extra Religionem, quod semper durat, ex Decr. Urb. VIII. die 21. Maji 1635. Suarez autem, & Bonac. volunt, teneri, etiam ad alia vota specialia.

1874 Ejectus per sententiam, si ante ingressum habeat votum simplex Religionis, post ejectionem non tenetur ingredi alium Ordinem ex vi prioris voti; quia fuit extinctum per professionem solemnem, Port.

IN AERIE ALIENO GRAVATUS,

1875 Qui prius Religionem vovit, tenetur ingressum differre, si brevi tempore solvere possit; secus si non possit, nisi intra longum tempus, & cum periculo damnationis. Potens solvere, si ingreditur, & proficitur, professio est illicita, quia contra iustitiam creditorum, sed valida, & tunc nec Monasterium tenetur solvere, nec ipse tenetur laborare, aut egredi ad solventium, Gobat cum alii tom. 3. de voto num. 29. & sequi, quia professio Religiosa extinguat omne debitum civile. Insuper est æquivalens cessio bonorum: v. h. n. 1155. ad 1223.

QUÆRES

1876 Latius quidam Ordinis Minorum fuit pro Novitio admittis ante annum 18. & professionem emisit anno sequenti contra constitutiones Religionis, & summorum Pontificum Clem. VIII. & Innoc. X. precipientes, ut nullus pro laico approbatur, qui 20. ætatis sui annum non explevit, & consequenter, quod non proficitur, nisi post 21. Et quia id fuit scilicet factum tam à Novitio, quam à Superioribus; idem queritur, An sua professio sit nulla, & inde liber à votis?

1877 N. Avar. & Castill. apud Peyr. de Pral. q. 3. cap. 1. §. 6. num. 160. tenent, talem professionem esse nullam, & ad nil obligare. Quia quando datur alicui potestas ad aliquid faciendum, & simul præscribitur forma, forma non reservata, actus est illicitus.

1878 Resp. tamen, laicum, qui post 16. suæ ætatis annum expletum, licet ante 21. profectus emisit, esse validè professum, &

teneri ad vota, non obstante scientia defectus & Constitutionum, Bord. ref. 121. n. 14. Pelliz. r. 3. cap. 1. num. 37. Rodr. Port. & alii cum Peyr. quia aliatæ Constitutiones solum prohibent, non irritant professionem antea factam; nulla enim est apposita clausula irritans, quæ apponit expressè Trident. contra profectos ante 16. ætatis annum completum: ac proinde eius professio tenet, iuxta illud ex cap. Ad Apostolicam de Regul. Multa solentem, quæ prohibentur. Tum quia Pontifices cit. expressè id prohibent non in ordine ad validitatem professionis, sed in ordine ad habitabilitatem ad labores, ad quos pro Monasteriorum servitio laici sunt destinati.

Idem est etiam proportionaliter pro aliis Religionibus dicendum; quoniam expressè declaratio S. C. Concilii 2. Novembris 1582 quam refert Peyr. de Rel. Pral. q. 3. c. 1. §. 6. n. 160. Superior verò, qui scienter admittit, incurrit in poenas contra male recipientes perit. Pontifices fulminat.

1879 Ad rationem in oppositum, Responsoriam illam, quod requiritur annus 20. non esse substantialem, sed accidentalem; ac proinde, ejus defectus non invalidat actum, in rebus namque moralibus forma laici dicitur substantialis, sine qua actus valere non potest in cuius præscriptione ponitur decretum irritans expressè, v. g. irritum decernentes quicquid contra, &c. vel saltem implicite, v. g. aliter fieri non possit: ut in n. 157. Bord. ref. 138. n. 5. forma verò illa dicitur accidentalis, quæ caret allatis clausulis; & cum hoc secundum pateat in præmissis verbis Constitutionum, sequitur, quod talis forma non sit substantialis, sed accidentalis; & propterea ejus defectus non invalidat actum.

1880 Hac ratione S. Congr. Conc. cit. pro quibusdam juvenibus ante annum 18. professis in Ordin. Minim. ubi præscribitur, quod recipiantur, dimisso ad minus 18. annum attingant; sancivit, eorum professionem esse validam, his verbis. S. Congr. Conc. consuevit professionem istorum esse validam, &c.

INTERPRETATIO VOTI

1881 Est stricte facienda, ut minus obliget, ex cap. Ex parvibus, de Fontibus. Quia votum est onus: quod homo sibi contra libertatem imponit; unde habet vim legis positive humane: v. n. 1872.

1882 Pro tollenda autem æquivocatione particule, stricte, & benignè, habes, quod in interpretatio voti fieri debeat stricte voto, benigna votenti: quia stricte est ad favorem votentis, & ut minus eum obliget; ad eque

vota sunt intelligenda secundum proprietatem verborum, communem utum loquendi patrie, & hominum acceptationem, & legum dispositionem.

1883 Qui vovit quotidie quid dare pauperi, si hodie non dat, tenetur illud dare cras, quia hæc fuit intentio rationaliter interpretativa votentis.

1884 Qui vovit singulis mensibus communicare, non peccat, si per duos, aut tres dies differat: quia parum pro nihilo reputatur; & hæc intentio præsumitur in emissione voti.

1885 Si fuisti in mora, si ve impubiler, si ve culpabiliter, & inde accidit difficultas: notabiliter ex parte materiz pro executione: non teneris, aut saltem suspenditur votum; quia intentio votentis non præsumitur fuisse de te obligandis in eventu talis difficultatis. Gobat tom. 9. de voto n. 246.

1886 Qui Panormi exiit vovit se bis visitaturum B. Virginem Drepani, non satisfacit, si uno accessu Drepanum, ibi bis visitet, sed tenetur ad duos accessus; quia ex communi acceptatione per duas visitationes intelliguntur duo itinera, seu duæ peregrinationes, Gobat cit. n. 247.

1887 Panormi incola, qui simul, aut successivè vovit peregrinari Romam, & B. Virginem Laureti, satisfacit, si accedat Romam, & inde Lauretum; quia hæc est intentio tacta votentis. Gobat, cit. n. 256.

1888 Votum abstinendi ab ovis, non obligat ad abstinendum lactentium; quia ova, & lactentia disjunguntur. Voto audiendi Missam quotidie, satisfacit, si die festo audias Missam unam, sicut ceteris diebus, quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies transeat sine Missa. Votum de recitando Rosarium impletur per tertiam partem, quia hæc nomine Rosarii solet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane & aqua obligat sub mortali ad abstinendum vini, & aliorum ciborum, nisi excuset parvitas materiz. At si semel illud fregisti bibendo vinum, ac commendando alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Ecclesie; quia jejunium in pane & aqua promissum, quod per primam vini potationem, &c. cit. tibi factum impossibile. Nec impletur per panem coctum cum parva quantitate olei, nec per macherones coctos cum sola aqua, quia in casu, licet materia olei sit parva, non est panis, & aqua; in 2. licet sit stricte firmum, in usu hominum non sunt panis; impletur tamen si panem coquas cum sola aqua, sicuti si panem alies.

1890 Qui emisit votum virginitalis, integritate carnis voluntarie deperdita, adhuc tenetur ad votum; quia virginitas, ex Scoto in 4. dist. 1. q. 6. lit. C. est virtus inclinans ad servandam puritatem mentis, & corporis.

Hinc virginitas non distinguitur à castitate perpetua quoad absolutum, nempe prout importat propositum continentis perpetui, sed solum quoad comotatum, nempe caritatis affectus integritatis carnis, & caritatis affectus præteriti; adeoque integritate carnis fœl deperdita, virginitas, licet non possit obligare quoad comotatum, potest obligare quoad absolutum. Scotus in 4. dist. 31. quasi, n. 11. lit. C.

1891 Juvenis studiiis applicatus emisit votum Religionis, ex aliquo autem defectu scientie non est admittis pro Clerico; vel post votum factus est irregularis, ut non possit ascendere ad Ordines: non tenetur ingredi Religionem in statu laicali; quia votum cessat, quando notabilis mutatio superveniat, quæ rem promissam in alio statu moraliter diverso constituit. Et onerosum esset obligare ex voto ad assumendum statum laicalem in Religionem etiam, qui poterat esse Sacerdos. Eadem ratione ille, qui in adolescentia vovit Religionem, deinde factus senex, vel debilis, non obligatur ingredi Religionem; quia est notabilis facta mutatio.

QUÆRES I.

1892 Petrus dixit post plures annos conjugii filios deperdit, vovit dare majorem partem honorum suorum Ecclesie: ac quia post votum filium suscepit, queritur, An votum tenet?

Resp. tale votum superveniente filio, cessat, nisi unum, sicut ceteris diebus, quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies transeat sine Missa. Votum de recitando Rosarium impletur per tertiam partem, quia hæc nomine Rosarii solet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane & aqua obligat sub mortali ad abstinendum vini, & aliorum ciborum, nisi excuset parvitas materiz. At si semel illud fregisti bibendo vinum, ac commendando alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Ecclesie; quia jejunium in pane & aqua promissum, quod per primam vini potationem, &c. cit. tibi factum impossibile. Nec impletur per panem coctum cum parva quantitate olei, nec per macherones coctos cum sola aqua, quia in casu, licet materia olei sit parva, non est panis, & aqua; in 2. licet sit stricte firmum, in usu hominum non sunt panis; impletur tamen si panem coquas cum sola aqua, sicuti si panem alies.

1890 Qui emisit votum virginitalis, integritate carnis voluntarie deperdita, adhuc tenetur ad votum; quia virginitas, ex Scoto in 4. dist. 1. q. 6. lit. C. est virtus inclinans ad servandam puritatem mentis, & corporis. Hinc virginitas non distinguitur à castitate perpetua quoad absolutum, nempe prout importat propositum continentis perpetui, sed solum quoad comotatum, nempe caritatis affectus integritatis carnis, & caritatis affectus præteriti; adeoque integritate carnis fœl deperdita, virginitas, licet non possit obligare quoad comotatum, potest obligare quoad absolutum. Scotus in 4. dist. 31. quasi, n. 11. lit. C.

1891 Juvenis studiiis applicatus emisit votum Religionis, ex aliquo autem defectu scientie non est admittis pro Clerico; vel post votum factus est irregularis, ut non possit ascendere ad Ordines: non tenetur ingredi Religionem in statu laicali; quia votum cessat, quando notabilis mutatio superveniat, quæ rem promissam in alio statu moraliter diverso constituit. Et onerosum esset obligare ex voto ad assumendum statum laicalem in Religionem etiam, qui poterat esse Sacerdos. Eadem ratione ille, qui in adolescentia vovit Religionem, deinde factus senex, vel debilis, non obligatur ingredi Religionem; quia est notabilis facta mutatio.

1892 Petrus dixit post plures annos conjugii filios deperdit, vovit dare majorem partem honorum suorum Ecclesie: ac quia post votum filium suscepit, queritur, An votum tenet?

Resp. tale votum superveniente filio, cessat, nisi unum, sicut ceteris diebus, quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies transeat sine Missa. Votum de recitando Rosarium impletur per tertiam partem, quia hæc nomine Rosarii solet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane & aqua obligat sub mortali ad abstinendum vini, & aliorum ciborum, nisi excuset parvitas materiz. At si semel illud fregisti bibendo vinum, ac commendando alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Ecclesie; quia jejunium in pane & aqua promissum, quod per primam vini potationem, &c. cit. tibi factum impossibile. Nec impletur per panem coctum cum parva quantitate olei, nec per macherones coctos cum sola aqua, quia in casu, licet materia olei sit parva, non est panis, & aqua; in 2. licet sit stricte firmum, in usu hominum non sunt panis; impletur tamen si panem coquas cum sola aqua, sicuti si panem alies.

1890 Qui emisit votum virginitalis, integritate carnis voluntarie deperdita, adhuc tenetur ad votum; quia virginitas, ex Scoto in 4. dist. 1. q. 6. lit. C. est virtus inclinans ad servandam puritatem mentis, & corporis. Hinc virginitas non distinguitur à castitate perpetua quoad absolutum, nempe prout importat propositum continentis perpetui, sed solum quoad comotatum, nempe caritatis affectus integritatis carnis, & caritatis affectus præteriti; adeoque integritate carnis fœl deperdita, virginitas, licet non possit obligare quoad comotatum, potest obligare quoad absolutum. Scotus in 4. dist. 31. quasi, n. 11. lit. C.

tionem: *si filius superueniens non miratur uenire patre; & ideo promoriens filio, donatio debet referre; & quidem talis est affectus donatoris, ut non uelit Ecclesiam priuare re promissa, nisi intuitu filiorum: v. n. 1899.*

Q U Æ R E S II.
1893 *Quis emisit votum peregrinandi Romam: accidit, ut receptionem subali anno 1700. ad accessisset, conditus stipendio a quodam nobili. An satisfecerit voto?*

R Elp. satisfecisse. Gobat tom. 3. de uoto n. 241. Cstralp. 1701. 15. disp. 2. par. 1. n. 9. qui adducunt exemplum de Sacerdote, qui potest satisfacere Sacro ex voto per Sacrum, ad quod tenetur ex stipendio. Ratio est, quia talis rationabiliter praesumitur intentio uouentis. Idem dicitur, si accesserit recreationis causa, sed animo satisfaciendi etiam suo voto.

Quod si votum fuit de accedendo pedestri, & ea occasione famulatus accessit equester, non satisficit, si intentio fuit de patiendi molestias itineris pedestris cum intuitu principali ad deuotionem. Potest tamen petere commutationem quoad modum eundi pedestri. Satisficit uero, si modus accedendi pedestri fuit cum intuitu ad expensas minuendas, & si ad deuotionem, non tamquam motiui principalem, sed accessorium, ex intuitu minnendi expensas.

Q U Æ R E S III.
1894 *Quis post votum peregrinationis mutauit locum habitationis plus distantem, ita ut peregrinatione uoluerit differre. An tenetur ad votum?*

R Elp. teneri, si excessus difficultatis sit leuis, puta si in peregrinatione decem dierum excessus esset per unum, aut alterum diem.

Non teneri autem, si excessus sit notabilis, puta per alios tres, aut quatuor dies, quia est notabilis facta mutatio ex parte materiae, quam si praeviderit, non uouisset. Sed tunc suspenditur votum, ita ut, si redeat, ad priorem, aut propinquiorum habitationem teneatur ad illud. Gobat cit. n. 245.

E converso, si incipiat habitare in loco voti, satisficit, si è domo ad Ecclesiam visitandam pergat, & votum perficit. Gobat cit. n. 246.

Q U Æ R E S IV.
1895 *Quis uouit visitare D. Rosaliam in monte, postea uouit visitare Sanctissimum Crucifixum in monte D. Rosalia. An utriusque voto satisfacere possit unico actu, seu accessu?*

R Esolutio est desumenda ex intentione uouentis. Si igitur, quando secunda uice uouit, cogitavit ad laborem accessus, vel utriusque voto diversos dies executionis adsignauit, certum est, cum non satisfacere unico accessu, si quando secunda uice uouit, intendit: unico accessu adimplere. At si non cogitavit distinctam laborem, tunc quid dicat Diana p. 3. 1701. 6. r. 386.) si uota incidunt eodem die, & tunc utriusque satisficit unico actu, puta unico accessu. Id possit accidere, si uisitationem D. Rosaliae uouit pro die ejus Natalis 4. Septembris, uisitationem uero Crucifixi pro prima feria sexta Septembris, & eodem anno dies quarta Septembris elicit prima feria sexta.

Si autem uota non coincidunt eodem die, tunc non satisficit unico actu, uideletur unico accessu, quia uota distincta important obligationes distinctas, adeoque uotum superueniens distinctum actum exposcit.

1896 *Nec obstat dicere, quod unico actu audicionis Sacri satisfieri possit duplici praeepto: quia paritas nobis faret, unica namque audicione Sacri satisficimus duplici obligationi, & praeepto, si coincidunt eodem die, ut si die Dominico contingat festum Apostoli: minime si diverso die. Ita in re nostra, qui uouit audire Sacrum quolibet die Sabbati, & tunc aliquo Sabbato contingat festum de praeepto, utriusque Sacri utriusque obligationi satisficit: at qui uouit audire Sacrum non determinando tempus, non satisficet, unica audicione, praeepto, & voto, nisi quando uouit, id cogitauerit, seu intenderit.*

In dubio de distincto labore, & obligatione, interpretandum est pro distincto labore, &c. quia regulariter sic uota distincta emittuntur.

Q U Æ R E S V.
1897 *Quis in periculo naufragii uouit Religionem: modo dicit, quod si tunc Sacerdotium uenisset in mentem, hoc, non Religionem uouisset. Quid?*

R Elp. Gobat tom. 3. de uoto n. 308. teneri ad votum, si plena consideratione Religionis uouit; non teneri, si periculum fuit illi spatium cogitandi, nisi de Religione, & remissio, idque ex defectu plenae deliberationis, quia ad ualorem voti requiritur saltem tanta deliberatio, quanta ad peccandum mortaliter, ad quod requiritur tantum spatium, quantum sufficit ad discernendum inter duo, nempe inter bonum, & malum: ita ad uo-

uen-

uendam requiritur tantum spatium, quantum sufficit ad discernendum inter duo, v. g. inter Religionem, & castitatem, aut saltem inter Religionem caritatem: Si tamen considerauit Religionem caritatem, ac asperitatem, dicendum est ualidum votum, quia plene deliberauit.

Q U Æ R E S VI.

1898 *Qui uouit ingressum Religionis, si eius frater Panormum ueniret. Expellatur decem annis, & frater non uenit. An possit nubere?*

R Espondeo pendet ex dictis a n. 1792. & infra de uotis reservatis conditionalibus, a n. 2009. nam ly si, vel fuit uera conditio intenta, & ejus amore emissum votum, & tunc votum non est reservatum, sed conditionaliter, & post tam longum tempus cadit, & qui uouit, potest nubere; quia non potest rationabiliter praesumi, quod intentio uouentis fuerit expectare tam longum tempus, nisi re, nisi à confessorio ratificata, utique non obligaret votum ante ejus ratificationem: At caecuta, votum est reservatum; quia talis conditio aequivaleret conditioni a natura, vel à jure appositae, juxta n. 1701. At inconfutata daret causam ad dispensationem facultiter obtinendam.

Dixi: *aut tempore conformi*. Et, quia vel aduentus fratris fuit intentus, ut causa impulsiva, seu per accidens, & tunc tenetur Religionem ingredi, aut praevincere, ne postea impediatur, aut reddatur inhabilis, considerata aetate uouentis, juxta dicta in locis cit. quia tam longa expectatio non potest praesumi, nisi exprimat.

Vel aduentus fratris fuit intentus, ut causa, & motiuius principale uouentis, seu ita ut votum fieri emissum dependenter ab illo: quod potuit esse, quatenus per praesentiam fratris intendebat se expedire à cura Matris, Sororis, & Neptis, &c. quod sine illo commode obtinere non ualet. Et tunc pariter votum cadit eadem ratione, quia non potest praesumi, quod ejus intentio fuerit expectare per tam longum tempus, nisi exprimerit, &c. Unde tunc conditio reputatur, ac si cecidisset. Votum autem conditionale (ut docet communis) cadente conditione, sub qua est emissum, cadit: v. n. 1805.

Totius resolutionis ratio est: quia votum ejusque valor, & obligatio, omnino pendet ex intentione uouentis: n. 1892.

Consultus tamen erit, si petat dispensationem, saltem ad cautelam.

Q U Æ R E S VII.

1900 *Puella, quam facili ad uouendum, tam inconstans, & facili ad uota uoluit, praenotanda non retrahatur a confessorio fundente, propositis nullummittere eo inconsulto, irrium fore. Hoc non obstat, votum Religionis emitti, & paulo post emitti voti juxta morem paruitis: Quid responderit confessorius?*

R Elp. Gobat, tom. 2. ar. 3. c. 38. in fine: Vel hac puella, quando uouit, fuit immemor pacti cum confessorio illi, vel memor. Si immemor, votum est nullum; quia mutatio uoluntatis non debet praesumi, sed probari; unde cum hoc non possit probari, praesumitur habitualiter permanere uoluntatem non obstringendi se uoto sine approbatione. Si memor, & plene consentit, ualidum est votum; quia iam mutatio probatur.

1902 *Si pactum fuisse sua uota non subsisteret, nisi à confessorio ratificata, utique non obligaret votum ante ejus ratificationem: At caecuta, votum est reservatum; quia talis conditio aequivaleret conditioni a natura, vel à jure appositae, juxta n. 1701. At inconfutata daret causam ad dispensationem facultiter obtinendam.*

Dixi: *aut tempore conformi*. Prudens enim confessorius advertere debet, an in tali uoto fuerit in puella plenus uoluntatis consensus, an uero sola intellectus consideratio, & firma adhaesio in illud, quamvis puella ex errore, aut scrupulo appareat uoluntatis consensus; in hoc namque casu non erit votum, quia non liberum, & uoluntarium; nam talis consideratio, & firma adhaesio intellectus, est actus naturalis potentiae naturalis. Ad quod discernendum faciunt dicta à pag. 21. ad 22. & infra de peccato mortali.

DUBIUM IN VOTIS.

1902 *Si rationabiliter dubites, an uoveris, vel simplex propositum, ad nil tenentis, quia possidet libertas. Si sis certus de uoto, & dubites, an impleveris, tenentis implere; quia possidet votum, utpotè prius: v. n. 1804.*

1903 *Si sis certus de uoto, sed dubites, an habueris usum rationis, & perfectam deliberationem; si uouisti ante septennium, non obligaris, quia possessio stat pro libertate, & in illa aetate non praesumitur sciens deliberatio. Si post septennium, obligaris, quia possessio stat pro uoto: nam tunc praesumitur usus rationis, nisi constet oppositum.*

1904 *Si dubites de materia, teneris ad alteram partem; potes tamen eligere, quod minus est.*

est; unde si vovisti te non habiturum copulam cum muliere, & dubites, an intellectus de copula licita, potes nubere. Si vovisti jejunium, & dubites de abstinentia à lacticiis, teneris jejunare, sed non abstinere à lacticiis. Denique, si dubites, an votum habuerit aliquam imperfectionem, qua non fit reservatum, & proinde dubites, an sit reservatum, de posse tenere, quod habuerit imperfectionem, & quod non fit reservatum, ait Tamb.

1909 Aliquando tamen non potes eligere minus, quando ex communitate contingenti- bus, ex utro loquendi, aut aliis ad junctis, colligitur te promissis majus. Unde, si vovisti calicem, & dubites, an argenteum, vel stanneum, debes argenteum, saltem quoad cup- pam; quia hic venit nomine calicis.

OBLIGATIO VOTI CESSAT.

1906 **V**el ex natura rei, vel ex autoritate humana.

EX NATURA REI CESSAT.

Primò, si materia evadat turpis, indifferens, aut impeditiva majoris boni. Secundo, si evadat impossibilis, etiam si fid fuerit ex tua culpa.

1907 Tertio, per mortem voventis, non minus quam obligatio matrimonii; eò maxi- me, quia vovens usque ad mortem obligare se intendit. Hinc, si Religiosus professus sur- sengeret; licet nubere posset, nisi esset facris initiatus quia character Ordinis est indeleb- lis ab anima, unde ille resurgeret verus Sa- cerdos, si Sacerdos fuisset, Mendo n. 61.

1908 Quarto, si cesset finis. Unde, si vovisti dare elemosynam Catharinæ pauperi, & hæc evadat dives; vel ad reparandam Ecclesiam, & hæc propter infideles reparari non permitta- tur, vel periculum superveniat, ut urbs ab- iiciatur, ad nihil tenetur.

1909 Item adolescens nobilis secundogeni- tus emisit votum Religionis, ne ob exiguum patrimonium committeret aliquid suæ condi- tionis inæcongruum; ille, mortuo fratre, majori factus est primogenitus; non tenetur ad votum, si vivere sine decore ob exiguum patri- monium non fuit causa impulsiva, nec finis ac- cessorius, sed principalis, licet partialis: quia tunc per acquisitionem Majoratus cessat causa fi- nalis principalis partialis, & cessante sine prin- cipali partiali, cessat votum. Ant. à Spir. S. n. 1832; 1834. Non cessat autem ex cessatione causæ impulsivæ, v. n. 1807.

1910 In dubio, an causa fuerit motiva, &

finalis, vel impulsiva: standum est pro voto, quia possidet. Mendo in Epit. ver. Votum, n. 4. contra plures apud Gobat tom. 3. de voto, n. 391.

NOTABILI MUTATIONE SU-
PERVENIENTE.

1911 **Q**uæ mutatio non debet te tenere ex parte voti, sed præcisè ex parte materiæ voti; non enim debet consistere in hoc, quod superveniat aliqua causa, quæ sit extastet tempore voti, votum non fuisset emissum; sed in hoc, quod sit circa materiam, taliter, ut materiam promissam in re aut in hominum existimatione diversam consi- tuat; & tunc habetur, quando res judicio prudentis est constituta in statu moraliter di- versio, aut notabilis est difficultas ex parte rei promissæ. Ant. à Spir. S. cir. qui infert cum Navar. Tancr. Anton. & aliis.

1912 Si quis post votum Religionis sacrilegè contraxit matrimonium, si post multos annos matri- monium ejus uxoris maritum, non teneri ingredi Religionem ex vi voti, etiam si in conventu sine vo- luntate ad unam Religionem sustinendam; facta est enim magna votum mutatio: difficillimum enim est hunc hominem filius, & familiam deservere, & alterum regimini se tradere. Statuendum est, si post sex menses matrimonii ejus uxoris maritum.

1913 Illud est verum, obligationem voti aliquando suspendi ad tempus, quando causa cessationis non est perpetua, sed temporanea.

Q U Æ R E S.

1914 Mulier post votum Religionis matrimo- nium contraxit, post plures annos maritum mortuo, relicta est virgo sine filio. An tenetur Monasterium ingredi?

Resp. Teneri, si non evaserit infirma; nimis debilis, aut annum quinquagesimum ex- cesserit, non teneris, si fecus. Gobat tom. 2. tr. 3. c. 38. n. 294.

Ratio primi; quia nuptiæ sacrilegè celebratæ non sustulerunt vinculum voti; nemo enim de- sua malicia commodum reportare debet, cap. intelligimus de transact.

Ratio secundi; quia tunc est notabilis facta mutatio ex parte materiæ.

AUTHORITATE HUMANA: CESSAT
VOTUM.

1915 **T**ripliciter, commutatione, dispen- satione, aut irritatione.

COMMUTATIO.

1916 **E**t translatio voti in aliud opus appa- ritione. Fieri potest extra Confessionem. Ita melius fieri potest autoritate propria. Ita

æquale fieri debet autoritate Ecclesiastica. In notabiliter minus fieri non potest, nisi commutans velit & possit admicere dispen- sationem. At in manifestè æquale posse fieri autoritate propria, probabile putat Gobat tom. 3. de voto n. 358. cum multis.

1917 Qui potest dispensare, potest com- mutare, non est convërso, quia commutatio est pars dispensationis.

1918 Vota omnia, exceptis quinque refer- vatis, commutare possunt Episcopi, ex privi- legio Regularis, & Confessarii per Bullam, aut Jubilam. Alii Confessarii possunt pec- cata contra vota absolvere, nisi sint casus re- servati, non possunt tamen commutare: v. n. 1713. & 1962.

1919 Vota Novitiorum, etiam in sæculo emissa, & composibilia cum Novitiis, com- mutari possunt, & dispensari à Prælatiis. Imò commutari posse in labores, & asperitates Novitiatum, etiam ex sola voluntate Noviti, quia in melius, ait Bellæ. Ea tamen non extin- guuntur, sed suspenduntur, ita ut, si Noviti- us Religione egrediatur, reviviscant. Idem dic de professo, si professionem annulet, v. n. 1987.

1920 Per professionem Religiosam ipso ju- re extinguuntur omnia alia vota realia, aut personalia, ante professionem, sive in Novitiatu & de superioris licentia, sive in sæculo emissa, etiam reservata, ex cap. scriptura de voto 4. Quod est extingui potius per viam plenissimæ solutionis, quam commutationis. Pyrhing. in com. l. 3. tit. 34. §. 5.

1921 Non extinguuntur tamen vota realia à tertio acceptata; quia transiere in contra- ctum. v. n. 1924.

1922 Si facta commutatione velis implere primum votum, potes, quia est facta in tui favorem, & includit implicitam conditio- nem: si tibi placeat. Insuper postquam à ma- teria subrogata ad commutatam redisti, potes iterum ad subrogatam redire, Caltrop. de voto d. 2. f. 18. n. 11. quia per reditum ad commuta- tam non renunciasti potestatem utendi subro- gata; tunc renunciastis, quando per novum votum ad commutatam redisti. Ant. à Spir. Sancti. de voto sess. 42. n. 106. Si materia, in quam primum votum fuit commutatam, eva- dat impossibilis, inepta, indifferens, aut im- peditiva majoris boni, non teneris redire ad prius votum, si commutatio fit facta au- thoritate Ecclesiastica; quia hæc subrogat aliam materiam, & simul extinguit obligationem priorem. Teneris redire ad prius, si fit facta autoritate propria; quia hæc non trans- fertur obligatio in materiam subrogatam,

sed solum fit solutio Deo per æquivalentem. 1923 Votum non potest non petendi commutationem, aut dispensationem, nisi à Summo Pontifice, potest commutari, aut dispensari. Votum ju- ratum commutari potest, sive juramentum fit sequens five concomitans votum, nempe, sive dicas: *Juro me jejunare, sicut vovi*, sive, *Joveo, & Juro me jejunare*; quia juramentum nil aliud facit, nisi confirmare promissionem Deo factam, Caltrop.

1924 Vota, & juramenta in favorem ter- tix persone edita, commutari possunt, si non sint acceptata; minime, si sint acceptata, quia acceptatio facit ea transire in contractum, & ac- quirir jus tertio, ac proinde commutatio cedit in præjudicium tertii.

1925 Ita communis contra de Lugo in disp. 29. de just. n. 13. Qui tenet, posse commutari, quia principaliter tendunt in Deum tanquam finem, & ejus gratia sunt: Pauper verb est finis cui, ac proinde accessorius, & minus principalis. Unde si votum, ut respicit Deum, potest commutari, aut dispensari, ita ut respiciat tertium: quia hoc est accessorium, & se- quitur naturam principalis.

1926 Hinc votum, aut juramentum dandi centum aureos determinatæ Ecclesie, ab ejus Pirocho acceptatum, posse commutari, aut dispensari eo invito, & à fortiori posse ad aliam Ecclesiam commutari, ex majori propensione voventis, cum talis commutatio lo- calis sit in æquivalentem. At non est recedendum à sententia negativa communi.

DE CAUSA COMMUTATIONIS.

1927 **A**d licitam commutationem in ma- teriam, non requiritur causa: si non in melius, requiritur causa, sed longe minor, quam ad dispensandum; quia dispensatio obli- gationem extinguit, commutatio verb eam de una in aliam materiam transfert, & solum ali- quantulum minuit.

1928 Causa potest esse repugnantiã paten- tis, aut viri etiam in illis, quæ iis non præ- judicant. Levitas volentis, Inconstancia, Fragilitas cum periculo violandi, Indiscretio, &c. Et fat est, quod fit talis, quantum suffi- cit, ne vovens dicatur imprudenter mutasse propositum. Et generaliter causa, quæ suffi- cit ad dispensandum, à fortiori sufficit ad commutandum, etiam cum commutationi dispensatio admittitur. Imò ex pluribus, ad commutandum in æquale sufficit major incli- natio voventis: v. n. 1958.

1929 Commutatio facta sine causa est sup- plenda quoad excessum, si fit facta in minus.

Quan-

1930 Quando fit per Bullam, aut Jubilæum, non requiritur causa, seu sufficit ipsum privilegium: Imò in Bulla accedit subsidium temporale.

DE PRAXI COMMUTATIONIS.

1931 **N**on potest certa regula tradi, sed id est prudentiam committendum. Et quidem, 1. Non est necesse, ut votum personale commutetur in actionem personalem, & reale in reale. 2. Nec ut fiat in favorem ejus Sancti, aut Ecclesiæ, in cujus gratiam est factum, licet sit conveniens. 3. Nec ut materia subroganda sit perpetua, sicut est votum. 4. Nec excellentia virtutis materiae subrogandæ est consideranda in se, sed in ordine ad votentem.

1932 Hinc, si vovisti disciplinam in sanguine ad motus carnis compescendos, melius est, si commutato fiat in jejunia, quam in orationes; quia licet oratio in se fit excellentior jejuniis, in ordine tamen ad ipsum votentem melius est jejuniis.

1933 Attendi igitur debet in commutatione voti, & subrogatione materiae, ut cultus Dei (nisi dispensatio misceatur) aequaliter ac parum minus, quantum humana fragilitas permittit, servetur, cum respectu tamen ad salutem votentis, ita ut ea materia eligatur, quia sit magis conducibilis ejus saluti: & conveniens est, ut confessorius commutans, plures materias ejus optioni offerat.

1934 Illud tamen est certum, ut non possit subrogare materiam alias præceptam, aut ad quam ille alias sub gravi obligatione tenetur; quia id cederet in notabilem divini cultus jacturam, Gobat tom. 2. ar. 3. n. 302.

1935 Consultius est, omnia vota in frequentiam Sacramentorum commutare, quia sunt cæteris peribus meliora ad utilitatem spirituales votentis.

1936 *Votum jejuniis in pane, & aqua, commutat Tamb, in elemosynas, aut in recitationem integri Rosarii, & disciplinam, vel in confessionem, & communionem.*

1937 *Votum elemosyna, commutat Bardus in servitium Hospitalis tot diebus, quot putantur sufficere ad compensandum elemosynam, & e converso.*

1938 *Votum assumendi Sacerdotium, aliqui commutant in recitationem quotidianam Officii B. Virginis, aut septem Psalmorum cum Litanis, & in confessionem ac communionem bis in mense, & in faciendum celebrari Sacram singulis mensibus, & ut vocat castitatem, vel ut jejunen singulis sextis feriis, si no-*

lit castitatem servare. Bardus loco Officii Virginis, aut septem Psalmorum, imponit omnes recitandi quotidie Horas Canonicas, aut frequentiam Sacramentorum.

1939 *Votum simplex, & absolutum castitatis, aut Religionis, non esse capax puræ commutationis, sed admiscendam esse dispensationem à Papa, aut ejus delegato, tenet Sanchez. Adde esse reservatum, ut neque vi Tabulæ possit commutari, nisi exprimat, Ceterum, si in aliquo Tabulæ daretur facultas illud commutandi, posset commutari.*

1940 *Votum Castitatis, Bardus, & Suarez commutant in castitatem conjugalem, in confessionem, ac communionem singulis mensibus, in faciendum celebrari decem Sacra singulis annis, in recitandum quotidie tertiam partem Rosarii, & in jejuniis singulis sextis feriis.*

1941 *Votum Religionis, commutant in statum Sacerdotalem, aut castitatem conjugalem, & in recitationem Divini Officii quotidie, aut integri Rosarii, in jejunia Religionis illius, in aliquas elemosynas singulis annis in honorem Sancti Fundatoris illius Religionis, & in Confessionem, ac Communionem bis in mense.*

1942 *Votum Religionis, non commutatur æqualiter per assumptionem ad Episcopatum. Leander de voto, contra Henriquez: quia licet status Episcopalis secundum se sit perfectior, status tamen Religionis in ordine ad votentem est melior, quoad ejus utilitatem spirituales. Hinc in cap. per eas de voto, Iano III. requisitus ab Episcopo Gratiano politano, qui ante susceptum Episcopatum votum ingrediendi Religionem miserat, respondit: si tuam desideras sanare conscientiam, regimur vestigijs Ecclesiæ, & reddas Altissimi vota tua.*

1943 Hac ratione, *Votum de non procurando Episcopatum, est validum, si & votum de eo non acceptandum, si fit recta intentione emissum, videlicet dummodo utilitas Ecclesiæ, & præceptum superioris non urgeat.*

1944 *Votum ingrediendi Religionem strictiorem, aequaliter commutatur in votum profectiorem, & perdurandi in laxiori, Leander de voto ar. 1. disp. 18. q. 50. Imò est in melius, dummodo in laxiori vigeat observantia Regularis; nam si fit collapsa, commutatio erit illicita, & invalida.*

Item æqualiter commutari in votum profectiendi Religionem Canonorum Regularium, docet Bardus in Bullam p. 2. ar. 7. c. 3. sect. 2. §. 7. n. 44. quia est vera Religio, & in communi vivit.

IN VOTO PEREGRINATIONIS

1945 **C**onsideranda sunt labores itineris, & pericula, juxta longitudinem peregrinationis; insuper expensæ, quas votens esset facturus in accessu, & in mora per loca: hæc enim omnia votens implicite Deo obulit.

Quæ computatio expensarum non est plus æquo extendenda, non enim computari debent expensæ, quas facere vellet vana ostentatione in vestitum ornatu, equorum, ac famulorum comitatu, &c. quia talis vanitas, & excessus Deo non placet. Nec est plus æquo restringenda, ut computentur expensæ, quas faceret solus, aut cum uno, vel altero socio, ut vult Ledef. cum Henr. & aliis apud Leandrum de voto disp. 18. quest. 46. Sed est facienda de expensis, quæ votens juxta decentiam sui status, & moralem ejusdem continentiam, in simili itinere erat rationaliter facturus. Ita docet Leander, cit. quia res estimanda sunt moraliter, & prout sunt re ipsa futura.

1946 Hinc, si Princeps judicio prudenti erat peregrinaturus publice, major erit computatio expensarum: quia major comitatus, &c. Minor, si privatim; minor, si cum uno, vel altero socio, quam si cum quatuor; sic servata proportione discurras de persona privata. Imò nullæ erunt computandæ expensæ, si nullæ essent futuræ, ut si ille peregrinaturus esset non equester, sed pedester, ante mendicando: tunc enim solum computantur labores, & pericula itineris.

Labores, & pericula commutantur in opera pia, puta orationes, jejunia, &c. per quæ persona exerceat, & fatigatur. Expensæ, non est necesse, quod mittantur ad Ecclesiam, & locum, si quæras peregrinaturus; sed possunt commutari in totidem elemosynas largiendas Ecclesiæ, pauperibus, & ad alia pia opera applicari.

1947 In commutatione expensarum deduci debent expensæ, quas tunc votens erat doni facturus; quia illæ non sunt Deo dicatæ.

1948 Insuper ipsæ expensæ (si rationalis causa adit) possunt in alia pia opera commutari; puta orationes, jejunia, &c.

Semper tamen in commutatione voti peregrinationis ad debent Confessiones, Communiones, & visitationes Sanctorum, ad quas erat peregrinatio directæ.

DIFFICULTAS EST

1949 **A**nis commutationis sunt etiam computanda expensæ, quas votens erat pro regressu facturus?

Affirmat, nisi votens haberet animum non redeundi, Leander cit. q. 47. Bardus, Sanchez, & alii apud ipsum; quia tacite reditus in voto includitur. Et probant ex c. Magna devotioni 7. de voto in lib. 3. ubi Innoc. III. vult habendam esse in commutatione rationem laboris, & expensarum, tam pro accessu, quam pro regressu, his verbis: Tibi, pro te, & famulis tuis, licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, ut ex pensas, quas fueras in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui Religioso committas, &c. laborem etiam laboribus recompenles.

1950 Negant Henriquez lib. 7. c. 30. num. 5. Rodr. tom. 2. c. 100. Gratianus lib. 2. de c. 30. num. 10. Angles apud Leandrum cit. Gobat tom. 2. c. 3. n. 30. hæc sententiam (quam equo) tutam vocat; quia votum peregrinationis completur per accessum; & licet votens fuisset rediturus, reditus omnino accidit: quia poterat matre propofitum, & non redire, sed ibi manere: votum namque non fuit de reditu, sed de accessu.

1951 Non obstat textus, quia casus ibi est de peregrinatione Hierusalem, & in circumstantiis, in quibus Pontifex toto conatu studebat ad comparandas elemosynas, auxilia, & media pro valido fueris pro liberatione Terræ Sanctæ ab infidelium manibus, ita ut etiam Cruciatum publicaverit; & idco voluit, ut haberetur ratio expensarum reditus.

Insuper eodem textu disponit, ut dictæ expensæ transmitterentur in subsidium Terræ Sanctæ. Idem in c. 8. §. 109. Innoc. III. eadem causa idem disponit, quod ipse Leander cit. observat, & tamen in q. 50. facitur non esse opus, ut in commutatione voti peregrinationis Hierusalem elemosyna eò transmittatur; & ad textum respondit, recentiam dispositionem tunc factam fuisse: quia urgebat necessitas succurrendi expeditioni bellica in illius Terræ Sanctæ subsidium, quæ necessitas cum hodie cessavit, non est necessaria ad voti commutationem, & ita insuper aliorum commutari potest. Ita Leander.

1952 Ita & ego dicam textum non obitare nostræ sententiæ, quod in commutatione voti peregrinationis, solum sint compensandæ expensæ pro accessu, minime expensæ pro reditu: quia casus, & circumstantiis, quibus loquitur textus, sicut non habent locum in aliis casibus peregrinationis, ita non